

πιπλοκηπτή εστι ταῦτα ἐνίστα. Τερπητικόν γάρ, ὅταν εἰς τὰς
χύνεις Ald.
Βασ. θερπτές. Ιερόλασταν ἐλκυθῆ, σέργει. τὰς δὲ ταῦτα περηδόναν
καίστα. τῶν δὲ σκαλήνων τῶν ἐν τοῖς ξύλοις, οἱ καὶ
εἰσιν ἐπὶ τῆς οἰκείας σηψεως, οἱ δὲ ἐπὶ πικτόνων ἐπέ-
ρων. Συπίκτη γάρ ὁ σπερ καὶ τοῖς δενδροῖς ὁ κερασίνης κα-
λλερδοῦ. ὅταν πτεράνη καὶ κιλάνη τείχεσσε ω-
σπερ τὸν μυόχοδον. Φεύγει δὲ τὰ τε σύμμαχη καὶ πι-
κές καὶ συληρά, Διὰ τὸ μὴ διείσαδε πτεράνην κα-
δύπερ τὰ πούζον. Φασὶ δὲ τὰ τὰς ἑλάτινας Φλοιούται-
ζαν ταῦτα τὰς βλάσπους αἴστην Διαδίκτειν ἐν τῷ οὐ-
δαπ. Φανερὸν δὲ γίνεται ἐν Φενεῷ τῆς Ἀρκαδίας,
ὅτε αὐτοῖς ἐλιμωθῇ τὸ πεδίον Βεργέντο. τοῦ Βερέθρου.
τότε γάρ τὰς γε φύεται ποιῶντες ἑλατίνας, Εἴταν επε-
ναβάνην τὸ οὐδωρ ἄλλως οὐτὸς ἐφιστάντις, ὡς ερ-
γάζει καὶ ἀπῆλθε, πάντα διεργάζει τὰ ξύλα αἴστην.
τοῦτο μὴ διὰ τὸ συμπλάκαντον.

fitque, universa materies incorrupta comperta. Sed forte hoc casuque evenit.

stant, quibus paulatim materies perforatur. Sed hæc curari facile possunt. Nam si offensâ materies trahatur in mare, "durabit. Quæ vero teret dinem senserit, curari non potest. Vermium autem, qui nasci in materie solent, alii putrescente ipsa materie generantur, alii parientibus aliis ver-
mibus. Parunt enim vel in cæsa materie vermes, quemadmodum in arboribus, qui cerasæ vocantur: cum scilicet tam eroferint atque excavaverint, ut se circumagere possint. Fugunt ligna colorata a-
mara, duraque: quoniam hæc erodere nequeant; ceu buxum. Tradunt etiam abietis cum germinat decorticata in aqua inoffensam durare posse. Patuit id apud Pheneum Arcadiæ, non cum obstrusis faucibus campus in lacum redundavit. Tum enim ductis pontibus ex abiete, cum amplius extumesceret aqua, aliis super aliis fabricatis, postea quam "extrusis obturamentis unda erupit disces-
tum ab i-
mo erumpē-
tibus scatu-
riginibus la-
cus in cam-
pum redu-
davit.

† quemad-
modum la-
tebras suas
mures con-
suevere. fu-
giunt ligna
odorata, a-
mara.
† cum ab i-
mo erumpē-
tibus scatu-
riginibus la-
cus in cam-
pum redu-
davit.
disruptis
objicibus
unda.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

TO διά θύον. Ponere debuit inter Ægyptias.
Ταῦτα μὴ οὐκ ιδίωτα πατέτων. Hinc alia materia, a-
liud exigit caput. Dederat enim affectiones elementares.
Grave, leve, densum, rarum & ejusmodi.

'Αγαπητὸν δὲ φύσιν. Diversum caput, in quo affectus perdu-
randi, aut putrefaciendi.

Ἐξ αὐτοῦ θύρας ή ταῦτα πώ ποτε αερερδίας πίπαρας ἔκεινοι γε-
νιαν. Ligna cyparissina è quibus valvae Templi Diana novi
factæ sunt, cum reposita fuissent, per quatuor etates dura-
være. Γνωστόν, Theodorus omisit. Vetus templum incenderat
Xerxes.

Ait robur in fluviosis non putrefacere, in mari putrefacere:
cetera è contrario. Condiri enim quodammodo salfugine.
Queras porro quare, ut alia, robur non conditatur. An quia
salluginem in se habet? Dicebanus enim in libro tertio, ni-
trosum esse ejus cinerem. Verum in libris de caussis satis
diximus.

Τὸν μὴ τὸ ξηρόν. Theodorus legit πηγήν, quia subdit γλυ-
κύτην. Et supra dicebat vermes ex humore dulci oriri. Du-
bitamus tamen nos. Neque enim amara abies, sed siccius,
quam pinus. Itaque ξηρόν, lego: ut γλυκύτην non tam dul-
cedinem significet pro causa, quam humorem primo signifi-
catu, ut opponatur τὸ ξηρόν, & consignificet dulcorem, pro
concausa. Præterea tadam scimus nos amaram esse. Ad hæc

in mari nascitur πηγή. Salsum autem & amarum, affinia.
Tineam πηγήν videtur Plinius interpretari. Teredinem
etiam dicit.

Υφ' αὐτούς πηγήν τοι πηγή της ξηλα. Lego πηγήται. aut
πηγήται, sicut mox πηγήται.

Πιπλοκηπτή σίγη. Πιπλοκηπτήν, lego. Evidenter autem ut
sit, docet, mari enim curari. Hoc est σίγη, non transitivè, sed
absolutè positum: quod neutraliter rudes dicunt. Significat
autem, coire, coalescere, operire hiatum: quemadmodum
infra de Abiete. Si hiat, madefiat: tunc συμβιδεῖ, inquit, τὸ
σίγη. Plinius hunc tractans locum omisit. Theodorus diver-
sus abiit. Durare, inquit, nimirum valet.

Ωστε τὸ μυόδεχον. Sic lege. Theodorus aliter accepit. Tu
sic. Cum ita excavaverint, quemadmodum latebras suas
mures consuevere. Corrige in Codice Theod. colorata
& pone odorata. συμβιδεῖ.

Ἐλαμινήν τὸ πολὺ Βεργέντο. Η Βεργέντον. Theodorus, Cum
obstrusis faucibus lacus in campū redundavit. At βεργάν-
το. Η βεργέντον, non est, obstrusis faucibus, sed, ab imo er-
umpētibus scaturiginibus. Hoc enim βεργάντον, Ebullire,
fervescere cum sonitu. Unde βεργάντον in mari. Item αἱ
πάρην καὶ ἀπῆλθε. Extrusis obturamentis: potius, disruptis
objicibus, disiectis.

IOANNIS BODÆI A STAPEL

NOTÆ ET COMMENTARIUS.

TO διά θύον. Scribe, τὸ διά θύον, τὸ διά θύον. Sic in Aldino
& Basileensi habetur codice. Quæ lectio auctorena
habet Plinium lib. 13. cap. 16. Nota etiam Homero fuit.
Θύον, (vulgo θύον, male: & pejor antiqui codicis lectio.
trogete, τρωγόν) scripsierunt pro θύον, per antiphrasin quod
mandi non posset citriū: atque ita ignorantia rei Botani-
cæ duas confuderunt arbores: supra cap. de malo me-
dica, diximus, antiquissimos non comedisse citria, sed
inter vestes odoris gratia reposuisse) Græcæ vocatur, ab aliis Thya. Hesychius; θύον οὐμαδέρη. Odoramenti etiam quoddam genus θύον vocatur. Hesychius; θύον αετι-
ματα Κύπρος, ητοι μὲν αετιματα. Elegans locus apud Dionysium Periegeten, in quo θύον pro odoramenti quodam
genere, & arbore citro ponitur. Agit Poëta de felicitate Arabiæ.

Αλλο δέ τοι καὶ θάμα μέγε έργον έλαχ' σκείν.
Αεὶ κηρώσα θύον ταῦτα λαρὸν ὀδάδει,
Η θύον η σμύρνης διώδεος η καλάνιο,
Η καὶ θεσπεσίον πεπανομένου λιθανόν,
Η κασίν.

Quin etiam aliud mirum ingens sortita est illa
Semper odorata aromatibus suaviter spirat,
Vel citro, vel myrra, vel fragrantis canna,
Vel etiam divino ad maturitatem perducto thure,
Vel casia.

Priori in versu θύον odoramentum, aroma, posteriori ci-
trum significat: in priori generale est, speciale in poste-

riore. Eustathius. θύον, ὅπε φασὶν εἶδον θύον θύον. Negat vir Cl. Salmasius (ex quo hæc notamus) de Africaniis citris accipi posse; Nec enim arbor, inquit odorata, nec inter aromata numeratur. Præterea in Arabia eam nasci, nemo dixit. Pergit, Avienus de ladano accepit. Sic enim reddidit illos versus.

— Tellus hic semper fragrat odore
Cespite, prorumpit lachrymoso sīpīte myrra,
Myrra quondam furor Cinyreus: heic ladani vim
Vellera defendunt, calani coma pullulat almi,
Gignit humus casiam, concrescunt thura per agros.

Qui ladanan θύον vocari scripserit, hactenus repperi
neminem; nec est arbor, quod tamen de θύον testatur
Theophrastus, scribit Eustathius. Ad alia argumenta mox
respondebo, ubi ad Homerum pervenero. Θύον Latinis
citrus dicitur. atqui citrum & θύον plantæ diversæ, Plinius enim de utraq; seorsim diversis egit capitibus. Im-
posuit, inquit Cl. Salmasius, viris magnis, vulgaris capi-
tum sectio, qua totum opus Plinius divisum est, quæ in an-
tiquissimis libris, nulla est, nec agnoscit Plinium auctorem,
sicut multis locis ostendimus, & ex hoc uno clarissime patebit.
Castigata cirrearum mensarum insania, in quibus descri-
bendis plusculum immoratus est, tandem ita sit scribit, de
ipsa arbore, unde mensæ illæ siebant: Inter pauca nitidioris
vitæ instrumenta hæc arbor est, qua propter infi-
stendum ei videtur, nota etiam Homero fuit: θύον Græcæ
vocatur, ab aliis Thya. Ita legenda hæc & continuanda
qua perperam in vulgatis diducta ac diuersa sectione capit
habentur. quod sic incipit: nota etiam Homero fuit, θύον
Græcæ

Græcè vocatur. *Cui capiti titulum imposuerunt*, Thya arbor quæ. In indice manuscripti libri primi nihil tale, sed hæc tantum, Atlantica arbor, de citri arbore, de citris mensis, quæ probentur, aut vituperentur in his, malum citrenum. Quibus verbis tituli vice omnia complexus est, quæ duobus illis capitibus 15. & 16. vulgarium librorum tractantur. Sub nomine citri etiam rō̄tū vel rō̄tū cītrū comprehendit. Hactenus Salmasius. Duas arbores hoc nomen obtinuisse, ex ipso probat Plinio ad finē capitū, ubi ait: *Alia est arbor eodem nomine, malum ferens excretarium aliquibus odore & amaritudine, aliis expetitum.* Tō̄ pndrō̄ intelligit; malus medica & Thya, citrus Latinus dicta. Sed quid ex Homero de citro vel Thya tradit Plinii? *Nota*, inquit, *suit Homero, θύα, Græcè vocatur, ab aliis Thya.* Hanc igitur inter odores urū tradit in deliciis Circes; quam deam volebant intelligi, magno errore eorum, qui odoramenta in eo vocabulo accipiunt, cum presertim eodem versu cedrum laricemque una tradat. In quo manifestum est de arboribus tantum locutum. In deliciis. *Sensus*, inquit, Clariss. Salmasius postulat, in ædibus Circes, & fortean scripsit: in ædibus illius Circes. Quam iμφασιο̄ habeat illius, satis norunt Latini eruditi. Emendabam aliquando, urū tradit in ædibiliis Circæ, cuius conjecturæ neque nunc me paenitet. Ædilium, ut, domicilium. Cum hoc dicatur, quin n̄ & illud possit dici, non video. Composita vox ex domo & colo, domicilium; pro quo domicilium sermo corruptus induxit, ita & ædilium. Facile fuit ex ignorato vocabulo in ædibiliis notius ac tritus fecisse in deliciis. Sed quid impedit legamus, urū tradit in ædibiliis Circes? Certè hæc non magna mutatio. Ex mitulo descriptis, quod librarii negligenter facile fieri potuit, conflatum deliciis, f, in l, mutato. Insignis memorie lapsus. Nam inter odores Circe non urebat citrum cedrumque, sed Calypso, cuius antrum, ut canit Homerus. Odyss. Mercurius Iovis mandato cum petiisset, factum ut thyæ seu citri, cedrique odorem longè persentiret.

Πῦρ μὲν ἐπ' ἔχαρόφιν μέγα καίεται, τηλέθι δ' ὁδμῆς,
Κέδρου δ' ἀκεστοί, θύου τ' αὐτὰ νῆσον ὁδῶδει
Διαορδύων.

*Ignis quidem ingens ad focum ardebat, procul odor
Cedri fractu facilis thyæque per insulam redolebant
Ardentium.*

In eundem errorem incuravit Divinus Poëta, cum 7.
Æneid. canit.

Proxima Circæ raduntur littora terræ.

Dives inaccessos ubi Solis filia lucos

Aſſiduo resonat canu, rectisque superbis

Vix̄ odoratam nocturna in lumina cedrum.

Sequitur apud Plinium; cum presertim eodem versu cedrum laricemque una tradat. Deest verbum, omnino, scribendum, una tradat urū. Laricis ne mentio quidem in versibus Homeri incognitæ Homero; nec tantum huic, sed etiam multo recentioribus. Unde ergo Plinius scribit Laricem à Circæ vel Calypfone uitam? Non satis attendit ad Liberti legentis verba. Pro x̄dgo d̄l̄. C̄l̄. d̄l̄, θύου, intellexit n̄dgo d̄l̄. n̄vns re θύου. Nihil æquæ notum, ac Plinii n̄dgo quandoque pinum, non raro laricem vertere. Vidimus Plinius sententiam, qui citrum & θύου Homeri eandem facit arborem. Id hoc probat argumento: quod cedro & larice tradit Poëta urū θύου ergo & θύου ibi genus ligni. Nullum hoc nomine Græcè appellatur præter citrum. Itaq; citrum est. Aliis hæc non placet sententia: idque quod citrum nemo tradiderit odoratum. Cedrus, inquit, in foco Calypsus urit tur tanquam odoramentum, ac θύου; bene quippe olet dum accendi sur. Virgilius.

Disce & odoratam stabulis accendere cedrum.

Et de Circæ.

Vix̄ odoratam nocturna in lumina cedrum.

An θύου, vel citrus arbor vice θύου πάσσο̄ incendi solita, aut illa odoris gratia commendata fuerit, nescimus. Nec sane auctores id prodidere, nec verò id tacuisse Theophrastus, si scivisset. Nihil de odore, quum cypresso similem memoraret, foliarura, ramis, caudice, & fructu. Præterea frequentem in Græcia tempore Homeri fuisse, non sit verisimile; quod apud Hammonis fanum, & in Cyrenensi agro tantum nasci tradat Theophrastus. Aſſid arguitum: citrum Libycam Homeri temporibus cognitā Græcis fuisse, verisimile non est, quod eo tempore

nondum nota erat Mauritania, nec ferè pars illa Africæ citrus verò nullibi præterquam in Africa nascebatur, nec ulpiam in Græcia reperiebatur. Romanis etiā soro admidum citrus nota fuit, quibus tamen ex vicinitate Africæ. Eam prius & fuisse notam oportuit. Mensæ citreae ante Ciceronē nullam exitisse memoriam, Plinius confiteatur. Quæ de Thya, hoc est citro memoravit Theophrastus, ea videtur ex auditu accepisse eorum qui cum Alexandro Cyrenaicam & Hammoniacam Libyam lustravere, vel ab his Græcis qui res Cyrenaicas compulerant, vel commercia in illis locis exercebant. Citri in Mauritania nascētis non meminit, quia eam nescivit; quod Rotmhorū tempore non amplius id genus arboris reperiatur in Cyrenaica regione, utpote jam exhausta. Et hæc ferè sunt argumenta, quibus Plinii argumenta impugnantur. Primum est, odore carere citrum sive θύου Theophrasti. Contrarium ex versibus jam citatis Dionysii patet. Sed nec illi θύου citrum. Certè arborem odoratam θύου satis expressè ait Euſtathius. Disertè Plinius lib. 13. cap. 1. ubi de unguentis agit. *Ihacis temporibus non erant, nec thure supplicabatur. Cedri tantum & citri suorum fruticum in sacris fumo convolutum nidorem, verius quam odorem novarent, jam rosæ succo reperti.* Utriusque ligni accensi nido rem in sacris tum Græcos tantum novisse ait, non alterius thymiam aut aromatis odorem. Θύου odoratam vel etymon ipsum docet. Θύου enim δέρνθύου dicitur, quod est, odores accendere; hinc θύᾶς odoratum. Idem Plinius libr. 5. cap. 1. Suetonius Paulinus (quem consulem vidi mus) primus Romanorum ducum transgressus quoque Attalantem aliquot millium spatio, prodidit quia de excelsitate ejus quæ cæteri: *imas radices densis altisque repletas silvis incognito genere arborum, proceritatem spectabilem, enodis nitore, frondes cypressis similes, præterque gravitatem odoris, tenui eas obduci lanugine: quibus addita arte, posse, quarles è bombyce, vestes confici.* Arbor cypressi fronde citrus; hanc gravem habere odorem diserit tradit Suetonius Paulinus consul Romanus. Frustra ergo inodoram tradunt. Fortassis scriptis Theophrastus, οὐδὲ καρποὶ οὐδὲ θύου. In re incerta nihil astero. Vide quæ paulo infra dicuntur. Ad alterum argumentum; tantum nasci apud Hammonis fanū & in Cyrenensi agro; respondeo, in ipsa Græcia provenisse. Quod ex ipso probatur Theophrasto, qui libr. 4. cap. 1. tradit in montium cacuminibus locisque algidis nasci. οὐδὲ οὐδὲ καρποὶ τὸ δέρνθύου, οὐδὲ τὸ θύου τὸ φύλακος εἰς τὸ φύλακος οὐδὲ τὸ ἀργεῖος φύλακος, σὺν εἰς τὸ φύλακος, &c. Agit eo capite de arboribus Græciae familiaribus, eorum solum natale describit; & quia Theophrastus in Arabia nasci non tradit, vel alius quis Græcorum, cujus libri hodie extant; propterea non sequitur, in Arabia non nasci. Africam Græcis Homerū saeculo ignorantem fuisse, affirmare, non ausim; maxime cum Sacra pagina doceat, Salomonem regem sapientissimum misisse in Ophir, id est Africam, ut omnes fatentur interpres, indeque recepisse ligna θύου, quod θύου septuaginta interpretatur. Si Salomon novit ex Africa petere aurum & lignum Thymum, non sit probabile id neglexisse Ægyptios & Phœnices, Africæ quam Judæi viciniores. Ex Ægyptiis vel Phœnicibus Homerus cognoscere quin potuerit, non dubito. Antiqui quippe Græci in Ægyptum & Phœniciam proficisciabantur doctrinæ & studiorum gratia. Et quomodo Africa fugere potuit Homerum, qui Ulyssem sum fingit in Lotophagorum insulam, apud Syrtes, quam nemo Africæ negaverit, appulisse, eaque in insula locios Ulyssis loti dulcedine captos, diutius mansisse? vide cap. de loto. Potuit ergo Homer Thymum constare lignum. Θύου, Homeri Sabinam esse, ne imaginari quidem possem, færet igne injecta quod si hæc θύου foret, non neglexissent Græci, præcipue auctuarii auctor, & Apulejus, nomen hoc recensere. De θύου arbore vide quæ cap. de sabina dixi, & examina diligenter utrum sabina in Arabia nascatur, ut de θύου tradit Diodorus. Insuper sabina materies satis inepta. Nimis parva & coactæ brevitatis arbor, quam ut ex eo fulcra domus Domini, aut regiae fieri possent. Alia Macrobius opinio; quæ itidem examinanda. Hic libr. 2. Saturn. cap. 15. Sic, inquit, vides hic & citrum nominari, & omnia signa ponit, quæ de eo Vergilius dixit, licet nomen citrei ille non dixerit. Nam & Homerus, qui citrum θύου appellat, ostendit esse odoratum pomum.

Θύου τὸ δέρνθύου καλοὶ ὁδῶδει.

Et, quod ait Oppius inter vestem ponit citrum, idem significat Homerus, cum dicit.

Εἴμαστα δ' αἱμφίστοις θυάδεα σημαλίεντα.

Hinc

Hinc & Nævius Poëta in bello Punico ait citrosam vestem. Homero malum medicam incognitam, ex eo liquer, quod sero admodum ad Græcos hujus cognitio pervenerit; quod nec dum Romæ culta Augusti, Tiberii, Claudiique temporibus, ut supra probavimus. Ignoravit Macrobius duas arbores citri nomen obtinuisse; nec de fructu θεός agit Homerus, sed ligno. Utrum rectius in vulgatis Homeri codicibus, θεός αἴσιος ὄδαδε, & θείας εἰς λόβους, legatur; an vero, ut apud Macrobius, θεός εἰς λόβον (pro quo καλεῖ) scribendum esset: prima enim syllaba in λόβον brevis) ὄδαδε, & θείας στρατόπεδον, non disputabo; aliis hoc negotium quibus otium suscipit, committo. Θεός non est malus medica, sed citrus Atlantica; utramque confundit Macrobius; quo modo & aliarum arborum historiam perturbat. Vide quæ cap. de nuce, medica malo dicta sunt.

Αμμων. Plinius loco citato: Præcipuum autem esse eam arborē circa Hammonis delubrum, nasci & interiore Cyrenaice parte. Nihil tale, inquit, maximi viri, Theophrastus, sed simpliciter in iis locis arborem nasci, scribit. Id omnino fatetur: sed dixit Plinius præcipuum; quod a liis etiam in locis nasci traderetur à Veteribus; in montium puta cacuminibus, ut supra dixi. Alia accedit causa, quod ex Mauritania etiam adferretur. Recte ergo dixit, præcipue juxta Hammonis nasci delubrum.

Κυρνηίτης. Plinius cap. 15. Sunt autem cupresso fæmine etiamnum sylvestres, similes folio, odore, caudice. Videatur ergo legisse, καὶ τοῖς κλάδοις, καὶ τοῖς φύλαιοις, εἰ τῷ στέλεχῳ, καὶ τῇ ὄδυπλῃ, nisi placeat Theophrastum scripsisse, εἰ τῇ ὄδυπλῃ, καὶ τῷ κρέπη. A Vitruvio citrum, cedrumque confundi scribunt; quod is lib. 2. cap. 9. tradiderit, Arbores (scribe, arboris) autem ejus sunt similes cupressæ foliatura, materies vena directa. — Nascuntur autem hæc arbores maxime Cretæ, & Africae, & Syrie nonnullis regionibus. Nemō, inquit, est Herbariorum qui non fateatur cedrum & juniperum adeo indiscreta esse facie, ut internosci non queant, nisi fructus differentia. Cedrus igitur similem habet junipero foliaturam, non cupresso; at citrus cupresso gerit folia similia. Ait paulo post, Cedri arbores nasci maximè in Creta, Africa, & nonnullis Syrie regionibus. Sand & citrum in Africa nascitur, non in Creta, nec in Syria, ubi cedri proveniunt. Ita illi. Fateor illam tradi tantum differentiam inter cedrum & juniperum a Theophrasto, sed videndum de qua agat cedro; majore, an minore. Major quoad folia nullam omnino cum junipero similitudinem haberet. Oxycedrus juniperi similis, quam intelligit Theophrastus, & describit lib. 3. cap. 12. Vitruvius de Majore agit, ex quæ cedrum colligitur, quod frustra quis exspectabit ex minore. Majori folia, capillata quidem, neutiquam aculeata, pino non dissimilia, sed breviora, quæque cum cupresso quodammodo comparari possunt. parvam enim cum cupresso similitudinem habent. Idem de natali cedri tradit Plinius lib. 16. cap. 39. Cedrus, ait in Creta, Aphrica, Syria laudatissima. Si peccavit Vitruvius, erravit & Plinius. Norant præterea Vitruvium, quod citrum verterit, ubi cedrus ponit debuit. Aristoteles τοῖς θεμασίοις ἀκούστηκεν, de Mirabil. auscult. οὐδὲ δὴ τοῦτο τὸ πότον κρήνη ἐλαῖον φασι εἶναι, τὸν δὲ ὄρυσμα λέγουσιν τὸν διπλόνηματος ὄρυσμα. Luxta autem (agit de monte quodam in Carthaginensi ditione) eum fontem oleo fluentem esse, ac odore cedri guttis non absimilem: Vitruvius lib. 8. cap. 2. Item Carthagini sons est, in quo natat insuper oleum, odore uti scobe citreo, quo oleo etiam pecora solent ungī. Sic citrum appellant, qui xīg: Aristotelei. Nec enim purandum est scripsisse Aristotelem τε xīg: Liber autem vetustissimus Vitruvii, citreo plante profert. Aristotelem auctorem libelli citati negant doctiores, multisque conjecturis demonstrant. Nec ego Aristotelem autorem istius libelli credo, propter nugas quasdam, & phrasin. Recentioris cuiusdam potius scriptum videtur, qui vixit cum malus medica citrus dicta est. Facile itaque fieri potest, τὸν τε xīg: τε xīg: scriptum fuisse: vel contra apud Vitruvium, pro citreo, cedrino. Corruptus codex Vitruvii; corrigunt alii: Odoris uti scobis citreae, aut citreorum, id est odore ramentorum, five scobis citreorum, quibus odor acerrimus, auctore Plinio. Arridet aliis, odore, ut & scobe citreo. Nobis placet, odore, ut & scobe cedrino. Imaginari nequeo tam spissum commissum errorem à Vitruvio. De citrio malo verba Vitruvii intelligi vix possunt. Augusti temporibus, sub quo vixit Vitruvius, non nascebarunt in Italia, ut nec Claudi. Contra apud plurimos auctores malè pro citrio, cedrino scriptum est. Uti apud Plinium loco citato: Confines ei mauri, quibus plurima arbor cedri & mensarum

insania. Citri scribendum, ex iis quæ de mensis citreis dicentur, patebit.

Ορφεός πρᾶς. Plinius loco citato: Theophrastus, qui primus ab Alexandri magni ætate scribit, quæ circa urbis Romæ quadringentesimum quadragesimum gesta sunt annum, magnum jam huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens templorum veterum contignationes, quandamque immortalitatem materię in tectis contra omnia vitia incorruptæ. Hæc Plinius; sed male audit, quod non adjecerit, ubinam extarent illæ contignationes veterum templorum è citro factæ. Atqui notum est ex Theophrasto, in Cyrenaica civitate fuisse, circa quam plurima citrus nascebatur. Hoc dissimilavit Plinius, qui vult citrum nativam & indigenam Græciae extitisse arborem. Verborum Theophrasti hic sensus: Plurima citrus arbor iis in locis ubi nunc Cyrene sita est. Hoc refert, quod Theræ coloni alium locum extruxerant & incoluerant, quum primum in Africam adventarent, antequam Cyrenen conderent. Hujus Cyrenes incolæ, ut scribit Theophrastus, referebant superesse adhuc & conservari contignationes templorum e citro fabricatas à primo oppidi sui extructi tempore durantes, vel à primi oppidi quod in Africa extruxere. Cyrene vero extructa, ut docet ipse Theophrastus, trecentis circiter annis antequam libros de plantarum historia divulgaret. Nec vero tantum templorum contignationes ex hac factæ, sed etiam res aliæ. De lecto Helenæ, hæc Homerus Odyss.

*Ἐπ ὁ Ἐλένη θαλάσσαιο θυάδες θύψιοφόροις
Ἡλυζεν.*

Helena ex Thalamo citrato excelsa
Egressa est.

Persius.

— Quicquid denique lectis
Scribitur in citreis,

Negant tamen viri magni Helenæ lectum ex citro stratum fuisse. Θεός inquit dixisset Poëta, non θυάδη. At qui Theophrastus hoc eodem capite θυάδη ξύλο dixit, ligna citrea, ἀρτὶ τοι θεόν. Mirantur maximi viri, ac haec ratione dici posse θυάδη θάλατα, fatentur. Aliud tamen, a iunt, θυάδη lignum, aliud opus θυάδης; quam phrasin non agnoscunt; puta quod nec πυξάδης ἔργον Græci dicant, quod ex buxo factum est, sed πυξης, id est buxum, non buxosum. Nam buxos est πυξάδης. Igitur θάλατα θυάδης est odoratus & bonis repletus odoribus, & iare τηνωρός, non citrata vestis, quod est absurdum, sed unguentis & odoribus perfusa. Et sane nihil aliud vox θεός apud Homerus significat, quam odoramentum; unde omnis posterior Græcia θυάδη, & θεόν pro odorato usurpavit. Hæc, ut verū fatear, negari nequeunt. Supra dixi mensas ex citro pretiosissimas factas: id vero vel ex Petronio constat.

— Ecce Afris eruta terris
Citreæ mensa.

Strabo lib. 4. ubi de arboribus loquitur quæ in Liguria reperiuntur; πολλὰ δὲ εἰ τῷ ποικιλίᾳ τῶν θύρων τοι τοι γένεσις τῆς τερπητικῆς. Sunt & aliae arbores ob varietatem ad mensas conficiendas, citro nihil deteriores. Θεόν τερπητὸν meminit etiam Plutarchus. Plinius loco citato: Atlas mons peculiariter proditur sylva, de qua diximus. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor cedri (jam constat legendum citri) & mensarum insania, quas fæmine contra Margaritas regerunt. Extat hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum est, empta illo aeo H. S. * x. Memoratur & Galli Afinii H. S. xi. Verundata sunt & duæ Iuba rege vendente, quarum alteri pretium fuit H. S. xv. alteri paulo minus. Antiquus noster codex habet. Extant hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum est illo aeo empta libris xi. cum his memorantur & Galli Afinii, quæ libris xi. venundata sunt. & duæ à Iuba rege vendente. quarum alteri præcium fuit libris xv. alteri paulo minus. Budæus libr. 3. de aſſe, non procul à principio, hunc in modum legit: Extant hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum est, illo aeo empta H. S. xi. memorantur & Galli Afinii H. S. ii. venundata. Sunt & duæ à Iuba rege pendentes: quarum alteri pretium fuit H. S. xii. alteri paulo minus. Scribo, Extant hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum est, illo aeo empta H. S. xi. (id est libris xi.) cum his memorantur & Galli Afinii H. S. ii. venundata. Sunt & duæ à Iuba rege pendentes: quarum alteri pretium fuit H. S. xii. alteri paulo minus. Ita scripta postrema in codice & Salmant. & Tolet.

Toletano Pergit Plinius; Interierit nuper incendio à Cetegis descendens H. S. xiv. permutata , latifundii taxatione , si quis prædia tanti mercari malit. Et hie locus magnis viris suspectus. Legit idem Budæus; Interierit nuper incendio at- tegitis descendens H. S. xiiii. permutatalatifundii taxatio- ne, &c. Ad hanc lectionem Dalecampius ; ubi attegias, mapalias, tuguria intellige. Qui locus mihi tamen fulpe- ctus, ostendit mensam eam ex attegiis pastorum, qui ra- dicem Atlantis , citris frequente incolunt, petitam & advectam fuisse. Sanior antiqui codicis lectio. Interierit nuper incendio quam Cethagus decedens libris xliii. per- mutaverat latifundii taxatione, si quis prædia tanti mercari malit. Scribe; Interierit nuper incendio , quam Cethagus decedens libris xliv. permutaverat latifundii taxatione, si quis prædia tanti mercari velit. Quod si latifundia tanti non fuerint pretii , poterit scribi libris xiv. ut in vulgato codice. Plura qui de mensis velit , ipsum adeat Plinum. Preciosissimas fuisse vel ex hoc Martialis disticho cognoscere licet.

Accipe feliois, Atlantica munera, mensas.

Aurea qui dederit dona, minora dabit.

Varro libr. 3. de rust. cap. 2. Nunc ubi hic vides citrum, aut aurum? Fores quoq; ex tabulis citreis factas, produnt antiqui. Diodorus Siculus libr. 5. Biblioth. n^o 3 θυραιαὶ. Τοιαδε ταῦτα στέναις ἵκε τὰς περιστοιχείας οἱ αἴρεσθαι, ηλεύθεροι, ηλεφάροι. Τοις δὲ θύοις (malè θύοις edunt) διδομένησιν θύσαις. Ianuae templi mirando artificio sunt constructæ, argentoque & auro, nec non ebore & citro (interpres thure; pessimè) concinnatae. Athenaeus libr. 5. αἱ δὲ τῆς οἰστίου θύσαι τὸν οὐρανὸν εἴησαν οὐντας κατεκαγόλως στήνοι, ἀλεφατίνοις ἔχοντα τὰς κόσμους, fores per ambitum numero videnti, ex talibus citreis (interpres Thye) coagmentatae fuere, cum eburneis ornamentis. Varro.

En quibus Libyssa citrus fasciis cingit fores.

Quæritur utrum *cedrus* recentioribus cognita: *Qui* cedrum majorem & *hiemam* eandem scribunt arborem, Theophrasti scripta non satis attentè per legerunt. Eodem enim hoc libro quinto de cedro & Thya, tanquam diversa plane agit arbore, disertèque scribit in Syria cedrum reperi. vide cap. 7. hujus libri. Accedit quod inter cedrum & cupressum tanta non sit similitudo, ut tota forma similes dici queant. Fructus, caudex, rami, foliaque similiora sunt pino, quam cupresso. Easdem ob causas nec sabina *haec* dici potest, ubi cupresso similis fructus & caudex longus, & rectus instar cupressi. baccam fert sabina & coactæ brevitatis est. Alij arborem vitæ pro thya habent. Nec horum probo sententiam; idque quod hic folia, non satis cupressinis respondeant. Nam licet squamatim ex foliolis cupressi modo compacta sint, omnino tamen plana sunt; non rotunda, uti cupresso. Sed hoc exigi ponderis argumentum. Evidē cum cupressinis comparari possunt; utpote compositione eis & forma, nisi quod plana sint, similia. Fructus cum cupresso non convenit. Cupressi larignis conis assimilis crassior tamen, & compactior, quicque per maturitatem sponte in rimas fassit: arbori vitæ exiguis, nuclei pinei magnitudine, è tenellis squamulis compactus; quo dehiscente, paleacea quedam femina exigua excidunt. Cupressus ramos sursum attollit; arbor vitæ in planas velutinas alas expensos in latitudinem diffundit. Arbor vitæ vocatur, vel ob immortalē comam, quam tamen cum aliis communem habet, quæque nec immortalis dici potest: vel ob odoris vehementiam. Dixi comam non posse dici immortalē, idque quod hyberno tempore elegantem amittat viorem. Folia enim & rami è fôrdido viridi subluteo nigricant. vulgo *feiljemort* vocant. Pristinum nitorem vioremque vere novo recuperat. Causa videtur, quod humidum crassum sensim solis calore & vi, æstate extracto; quo extracto viror perit; nigredo, qualem dixi, sequitur. Humidum vero crassum quod solis vi amisit, hybernis pluviosis recipit; sed non statim ad folia defertur, quod frigus corticem & lignum conclusa teneat; quæcum verno tempore aperiuntur, fit ut humor ad folia iterum deferatur, atque ita pristinum acquirant viorem. Viridis quippe color, ut ait, philosophus, ex humido crasso, nigricans ab humore extracto. Ab odoris ergo vehementia notmen impositum. Odoratissima est arbor, quæque ceteras hujus generis odoris vehementia vincit. Foliorum contritorum odor ita digitis adhæret, ut difficulter ablui queat. Nec hunc tantum odorem dum virent, habent ramuli ac folia, sed recisa, & siccata diutissimè seruant. Hujus rei causa videtur; quod ærea substantia

copiosa, in qua odor, conclusa sit ac hæreat in materia
visciida ac lenta, que illi non tam cito remittit, sed diu con-
servat & retinet. Arborem hanc Galli ex Canada, septen-
trionalis Americæ parte, primum attulerunt in Europam.
Facillime semine nascitur, & surculis propagatur: serì de-
bet in vasis terra optima & cibrata plenis, ut semē quar-
ta parte digiti tegatur. Cum vero rigare oportet, terra
linteo imposito irriganda, alioquin semina fursum ascen-
dunt, & nudantur; quod in aliis etiam est observandum.
Novellæ plantulæ à sole meridiano, per æstus majores,
deferendæ; hyemes fert acerbissimas. Ut ad Thyam
revertar; utrum ab hel, fructus cuius meminit Guillan-
dinus membro 24. probl. 18. sit thyæ nec afflerere, nec
negare audeo. De fructu abhel hæc Guillandinus. Ve-
rum enimvero, ut tandem finem huic disquisitioni imponam,
cum superioribus annis orientem lustrarem, observavi, quod
etiam Andreas Alpagus Bellunensis litteris commendavit,
vocari Arabice abhel fructum, quandam pilorum cupressi ma-
gnitudine, colore ex rufo in nigrum déclivi, qui ex arbore
sui generis, sed cupresso adeo simili, ut non nisi cupressus syl-
vestris esse videatur, decerpitur. Eam arborem quemadmodum
olim thyam esse pronunciavi, Sc.

Tὰ δὲ ἀγάλματα. Pausanias in Arcadicis, ubi materias recenset, ex quibus ab antiquis fieri solebant idola, principe loco enumerat ebenum, deinde cupressum, mox cedrum, &c. Τοῖς δὲ αὐτῷ πόσι, τὸ ἀρχαῖον ἵππον εἴη οὐκ ηὔπειρον οὐδὲν οὐδὲν, τὸ δὲ λίθον καὶ ὁ περὶ τὸν ξένοντα πόσιον ζεῦς, τούτος γενετῆρας, τὸν δὲ λίθον καὶ ὁ περὶ τὸν ξένοντα πόσιον ζεῦς, τούτος γενετῆρας, τούτος δὲ λίθος ἡ θεοῦ οὐδὲν οὐδὲν.

Καὶ τὸ γλωσσίδι. Theodorus legit, ἡ ἔνεργη, ἡ ικετεύουσα τὸ γλωσσίδι. Aldinus codex, γλειάθει. γλοσσίδι, Theodorus vertit, lentitate, cum sorditatem, imbecillitatem, vel tarditatem significet. Hesychius, γλοιός, ναρής, αὐδής, βυπαρές.

Axegnōtēs. Plinius lib. 16. cap. 40. In omnibus sylvestria & mascula differentias cuiusque generis augent, & infuscunda firmiora fertilibus, nisi quo in genere matres ferunt, sicut cypressus & cornus.

Aoām. Plinius loco citato; *Cariem* vetustatemque non sentiunt, *cypressus*, *cedrus*, *ebenus*, *lotus*, *buxum*, *taxus*, *juniperus*, *oleaster*, & *olea*. Ex reliquis tardissimè larix, *robur*, *suber*, *castanea*, *fuglans*. *Rimam* fissuramque non capit sponste *cedrus*, *cypressus*, *olea*. De junipero & taxo nihil Theophrastus: verisimile, negligentia librorum deperditas has voces, ac scripsisse Theophrastum, *λαρις*, *πίκος*, *μιλλα*, *αρεδρός*, *τίλατα*, *κρητικός*, *πύχη* *ινδάριος*, *laricem*, interpretatus est Plinius. & *αειαν* *suberem* vertit. Utrumque male. Suberis materies inter æternas numerari nequit: spongiosa est, quæque facile teredine interit. *Αειαν* *iliacem* *famīnam* significare, supralibr. 3. cap. 16. probavimus. Recte *κρητικός*. *Ειδοκήλιος*, *castaneam* reddidit. Vide cap. de *castanea*.

Tertius de *Georgica* nonne. Plinius loco citato : *Buxum maximem*
eternam putant, hebenum & cupressum, cedrumque, claro
de omnibus materiis iudicio in templo Ephesia Dianae. Cor-
rumpens codex. vult probare, ligni materies omnes æter-
nas esse ex quibus Ephesinum extrectum templum. At-
qui inter materias ex quibus fabricatum, buxum non re-
*censet. Scribe ac distingue, *Rimam fissuramque non capi*
*sponte cedrus, cupressus, olea, buxum. Maximem æternu*p*u-*
tant hebenum, cupressum & cedrum, claro de omnibus ma-
*teriis iudicio in templo Ephesia Dianae.**

Tο γνῶντες Εφίσιον, &c. Corruptus codex. Scribe ex Al-dino & Basileenfi, τὸ γνῶντες Εφίσιον ἵκεν αὐτὸν Σύνταγμα νο-
τηριουργοῦθαι. Verte; nam in Epheso cupressina ligna, ex
quibus valvæ noviter, novi templi Diana factæ sunt, reser-
varatæ per quatuor ætates jacuere. Sensus verborum hic.
docet cupressinam materiæ reliquis lignis diurniorem,
& probat, quod fores templi Ephesinæ Diana, ex cu-
presso fabricatæ, per quatuor *annas* reconditæ ac reser-
vatæ jacuerint, antequam templum à Xerxe vel, ut aliis
placet, Herostrato accensum fuit. Vult Philosophus; an-
tiquas templi valvas, postquam earum diu incorruptus
fuit usus, novis demum cedentes, inter alia antiqua
& chara repositas in ipso templo & custoditas fu-
se per quatuor ætates, atque sic reconditas jacuif-
se cum templum deflagraret. Probabile admodum
multo tempore operam usumque eas præstitisse, prius
quam rejicerentur, ac aliae in locum earum substitu-
tæ fuere. Vetusstate quippe inutiles factæ sunt, & id-
circo rejectæ, atque ita cum denuo accensum à Xerxe
vel Herostrato templū restauraretur, ad novum templū,
novæ valvæ, ex nova materia fabricatæ, fuere & adhibitæ.
Ex his concludit Theophrastus, ad multum tempus in-
corruptam manere cupressinam materiem. Et hic qui-
dem sensus Philosophi, οὐκέτι, inquit, non κατάπληξι. Ergo

ante templi incendium reservatae jacebant valvae istae in Ephesinae Dianaæ æde, & eadem, qua templum, flamma combusæ. Ab Alexandro magno restauratum templum, cum libros hos ederet Theophrastus, qui Aristotelii in schola successit; eodē putā anno cū fato suo functus Alexander, Olympiade centesima & decima quarta. Referunt Theophrastum omnia sua opera post eam Olympiadem edidisse; sed hac de re non laboro. *Ωντη*, id est, *valvae*, *fores*, quæ *προσανελουνται* & *κλεισται* dicuntur, aliæ nequeunt intelligi, quam illæ quæ rejectæ erant, ac reconditæ custodiebantur. Hæc aliter explicari non possunt. Nemo valvas, quæ adhuc serviunt aperiendo & claudendo templo, quæque apposita sunt postibus *προσανελουνται*, nec *κλεισται* rectè dixerit. Sed aliter hæc interpretatur Plinius, libr. 16. cap. 40. Maximè æterna putant hebenum, cedrum, & cupressum, clero de omnibus materiis indicio in templo Ephesinae Dianaæ, utpote cum tota Asia extruente quadrageenis annis peractum sit. Convenit tectum ejus esse è cedrinis trabibus. De ipso simulacro Dæa ambigitur. Ceteri ex hebeo esse tradunt. Mutianus ter consul, ex his qui proximè viso eo scriptore vitigineum, & nunquam mutatum septies restituto templo. Hanc materiem elegisse eandem, Canetiam nomen artificis nuncupans, quod equidem miror, cum antiquorem Minerva quoq; non modo Libero parte vetustatem ei tribuat. Adscit multis foraminibus nardo rigari, ut medicatus humor alat, teneatque juncturas, quas & ipsas esse modico admodum miror. Valvas esse è cupresso, & jam quadrageenis prope annis durare materiem omnem novæ similem. Id quoque notandum, valvas in glutinis compage quadriennio fuisse. Cupressus in eas electa, quonia præter catena uno in genere materia nitor maxime valeat æternus. Nonne simulacrum *Vejovis*, in arce è cupresso durat, à condita urbe quingentesimo quinquagesimo primo anno dictum? Memorabile & Uticæ templum Apollinis, ubi Numicidarum cedarum trabes durant, ita ut positæ fuere prima ejus urbis origine, annis mille centum octoginta octo. & in Hispania Sagunti ajunt templum Diana à Zacinbo aduersæ cum conditoribus annis ducentis ante exsidium Troie, ut auctor est Bochus, infraque oppidum ipsum id haberi. Cui percit religione inductus Hannibal, juniperi trabibus adhuc durantibus Super omnia memoratur aedes in Aulide ejusdem Dæa seculis aliquot ante Trojanum bellum ex ædificata: quoniam genera materiae scientia oblitterata in plenum dici potest, utique que odore præcellant, ea æternitate prestare. Hæc Plinius; Vt potè cum tota Asia extruente quadrageenis annis peractum est. Ne Salomon quidem tantum temporis divino extruendo templo impedit, nec credo unum fabrum fabricæ est præfuisse. Probabilius scripsisse Plinius, quadrageenis annis peractum. Nunquam fidem adhibeo quadragintorum annorū spatio opus fuisse ad unum fabricandum templum. Loqui videtur de templo Alexandri magni jussu reædificato, & ipsius Plinii etiamnum tempore extante. Sed illud templum ante mortem Alexandri perfectum erat. Ergo nec quadrageenis annis scripsit Plinius: sed malè cepit verba Mutianus vel alterius, ex quo hæc hausit. Scripsit ille, suo ævo circiter quadrageños annos elapsos fuisse ab ea restauratione templi Ephesinae Dianaæ quæ sub Alexandre & incepta & absoluta est. Mutianus is Claudio regnante Asiam lustravit, idem Vespasiano capiente imperium extitit. Magnitudinem templi libr. 36. cap. 14. describit, ubi ducentos annos exiisse, antequam id opus absolveretur tradit. Magnificentia vera admiratio extat, templum Ephesiae Dianaæ ducentis viginti annis factum à tota Asia. Id solo in palustri fecere, ne terræ motus sentirent, aut hiatus timerent, rufus ne in lubrico atque instabili fundamenta tante molis locarentur, calcatis ea substravere carbonibus, dein velleribus lane. Universo templo longitudine est 425. pedum, latitudo ducentorum viginti, columnæ centrum viginti septem, à singulis regibus factæ 40. pedum altitudine: Ex iis 36. cælatae à Scopo. Operi præfuit Chersiphron architectus. Hæc à Clariss. examinantur Salmatio in Exercitationibus Plinianis pagina 813. Illud magis ad nostrum pertinet institutum, quod ait simulacrum fuisse vitigineum, id est è vite factum. Nescio quomodo ex vitiginea materia sculpi potuerit Diana idolum, ad durandum quoque inepta. Libenter restituerem vitigineum; quod impedit Plinius cum libr. 14. cap. 1. scribit; *Vites jure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabant*. Iovis simulacrum in urbe Populonia ex una conspicimus tot ævis incorruptum. item Massiliæ pateram. Metaponti templum Iunonis vitigineis columnis stetit. Etiam nunc scalis tectum Ephesiae Diana, scanditur una è vite Cypria, ut ferunt, quoniam ibi ad præcipuum amplitudinem exirent. Aliud vitis genus oportet

locis crescat citatis; apud nos vitis materies non incorrupta manet, sed facile laeditur. Quod sequitur omnem fidem superat, nec est ligno ulli æternior natura; immo nullum magis putredini obnoxium, quam vitis lignum. Cæterum Vitruvius lib. 2. cap. 19. idolum Diana ex cuppresso factum docet. Arboris autem ejus sunt similes cupressæ foliatura, materies vena directa, Ephesi in æde simulacrum Diana ex ea, & ibi & in ceteris nobilibus fanis præpter æternitatem sunt facta. Contra Xenophon non cupressinum, non cedrinum, non hebinum, nec vitigineum fuisse refert lib. quinto. Κύρῳ αἰαῖσσος. ubi sic, scribit de fano Dianaæ Scilluntiæ. οὐδὲ τὰς αἰαῖσσας μισθίδα τὸν εἶπον τικησαν, η τὸ ζεύς τοιούτος αἰαῖσσας κυπαρισσίους, δευτέρης ὅτι τὸν εἴπειν. Αἴδες ipsæ, operis forma pro rata quidem portio ne Ephesinae Dianaæ templo simillima. Dæa etiam simulacrum quod cupressinum est, ab aurei illius similitudine, sola recedit materia. Ex his cognoscere licet primum Idolum antequam templum incenderat Xerxes, vel, ut alii malunt Herostratus, fuisse ex auro, alterum vero, postquam restaurarat Alexander templum, lignum. Utrum autem illud cupressinum, cedrinum, vitigineum, an hebinum, non constat; ex auro fuisse non purarem. Nil enim facilius, quam aurum à ligno discernere. Sequitur apud Plinium; & nunquam mutatum septies restituto templo. Hoc jure miretur aliquis; ego fatus nequeo. Præter omnem fidem est, quando templum deflagravit non simul eodem igne consumptum fuisse idolum. Tantum potuit ethnicorum superstitione. Certe si ante incendium templi aureum fuit, probabile admodum, post restauratum templum, cupressinum idolum, ad ideam formamque Dianaæ simulachri in Scillunte repositum fuisse. Sequitur; hanc materiam elegisse eandem Canetiam nomen artificis nuncupans. Corruptus codex: Nomen Canetia fictum nec Græcum est. In Chiffletiano manuscripto codice, come nomen artificis, legitur. Liber Thuanæus antiquissimus, ut monet Clariss. Salmasius, ita scriptum præfert: Hanc materiam elegisse eandem con etiam nomen artificis nuncupans. Ita etiam habet vetus Rigaltianus. Sub illis verbis, eandem con later nomen artificis. nec enim ibi eandem, sensus tolerare potest, aut mens auctoris. Quidque si eandem hanc materiam elegisset ille artifex simulachro Diana faciendo, sequeretur aliquando mutatum simulacrum, quod negabat Mutianus; at nunquam mutatum septies restituto templo. Scribit ergo Doctiss. Salmasius: Hanc materiam elegisse Demonicon, etiam nomen artificis nuncupans. Quod equidem miror, cum antiquorem Minerva quoque, nec modo Libero parte vetustatem ei tribuat. Aut Demonicon, aut aliud nomen elegendum quod proprius accedat ad veterem scripturam. Certè mihi perinde quod nomen huic fuerit artifici. Sed cur miratur Plinius nomen artificis, qui sculpsit idolum Dianaæ Ephesinae, proditum à Muriano? Causa videtur, quod antiquius proderet, quam Minervæ aut Bacchi, quorum simulachra è cælo delapsa antiquitas credebat, nec ab ullo artifice dolata. Diana quoque Ephesinae Idolum è cælo missum vulgo persuasum. Quod vel ex actis Apostolicis liquet, cum Beatus Lucas ca. 19. versu 34. τις γάρ εἰναι ἄρχων Θεος, ὃς οὐ γνῶνει τὸν Ἐφεσιανόν πόλιν νεώτερον εγενόντων τῆς μετάδοσης Απριλίου, & τοῦ δοκοτοῦ. quis nam est hominum qui nesciat Ephesiorum urbem edituam esse magnæ Dæa Diana, & e cælo delapsi simulacri. Olim sacerdotes, & opifices simulachrorum, quo major esset superstitione vulgi, fingebant cælitus delapsa idola, hoc est, esse δομοῖς. Herodianus lib. I. αὐτῷ πᾶν ἀγαλμα. δομοῖς αἱ λίργους. Iure ergo Plinius miratur auctorem à Mutiano & δομοῖς τῆς Απριλίου nominari; maxime cum tam antiquum illud idolum fingeret, & ipsius Bacchi & Minervæ simulachro antiquius, scriperit. Pergit Plinius; valvas esse è cupresso, & jam quadrageenis annis durare. Si hæc ex Theophrasto, ut reliqua quæ de præstantia splendoreque cupressini ligni & valvarum compage haberet, immane quantum peccaverit. Quis Theophrasti verborū sensus, supra diximus. Plinius hunc imaginatus est; valvas illas per quadrageños annos fabricatas ac reservatas durasse, usque dum templum perfectum fuerit, cuius foribus valvae erant apponendæ. Sed verba Theophrasti male accepit, qui valvas veteris templi per quatuor ætates incorruptas ac reservatas jacuisse scribit. Inde collegit Plinius, non nisi post quatuor *γανά* spatiū extractum ac perfectum fuisse templum. Quod vel ex ipso probatur Plinio, qui libr. 36. cap. 14. tradit, 120 annis factam hanc ædem; hoc vero capite quadrageenis annis fabricatum tradit. Hæc tam diversa non aliunde quam ex varia vocis, *γανά*, interpretatione habet. Quidam enim *γανά* absoluī triginta annorum spatio scribunt, alii censem.

rum, Suidas septem. Sed ista non est recepta sententia, quanquam argumentis quibusdam probari possit, idque vel ex hoc Medicorum axiome, τὸν δὲ γενέα μὲν δὲ φρεσοῦν: duæ tamen priores magis receptæ. Ex priori sententia quatuor ætates, id est, τετραπ. annos faciunt centum viginti, ex posteriori quadringtonos. Utramque sententiam secutus est Plinius, verum locis diversis. Sed verba citata hausit ex Muciano; quare cum superioribus connectenda, in hunc sensum: *Adjicit Mucianus multis foraminibus nardo rigari, ut medicatus humor alat, teneatæ juncturas: valvas esse è cupresso & jam quadrigenitis propè annis durare.* Alium hæc sensum habent, quam Theophraste illa, quibus tradit fores reconditas jacuisse in templo per quatuor ætates. De antiqui templi valvis agit Græcus auctor, quod à Xerxe vel Herodato incensum fuit, & Alexandri jussu reædificatum. Mucianus vero consul templi fores intelligit, quæ tum supererant, quæque ab illo tempore per quadringtonos annos ad huc durabant: & quum septies restauratum sit illud templum, fores semper è cupressi ligno fabricatas, asserit Mucianus. Porro verba illa ex Muciani scriptis producta esse potius, quam Plinii, his rationibus probatur. Primo quod Mucianus de templi restauratione agat, quæ contigit regnante Alejandro: Plinius vero præter antiquam cui præfuit architectus Chresiphon nullam agnoscat fabricationem. Alterum argumentum; nunquam tralidisset Plinius propè annis quadrigenitis durare fores istas, quia plus quam quadrigeniti sunt anni ab ultima templa fabrica, ad eum annum, quo scribebat Plinius. Scriptum enim circa Olympiadem ducentesimam decimam quartam, id est circa annum à condita Roma octingentesimum trigesimum; templum vero Diana restauratum & perfectum, ut sæpe dixi, ante obitum Alexandri, qui mortuus est Olympiade centesima decima quarta. Verba ergo sunt Muciani, qui vixit ante annum quadrigenitesimum à restauratione templi Ephesii, quæ regnante Alejandro incepta & perfecta est; puta sub Claudio & Vespasiano Imperatoribus. Pergit Plinius; *Id quoque notandum, valvas in glutinis compage quadrigenio fuisse.* &c. Hæc ex capite præcedenti habet. *τὸν δὲ γενέα μὲν δὲ φρεσοῦν — οὐδὲν δὲν.* Quod in genere de omni lautiore opere Græcus auctor, id Latinus in specie de cypressi materia. Scribit enim Theophrastus valvas compactas non statim affigi solvere; sed quosdam, ubi eas compegerunt, sic finire per triennium, alias quadriennium, antequam eas foribus adaptent: nusquam tradit valvas Ephesini templi quadrigenio fuisse in glutinis compage; Plinius illud figmentum. *Quoniam præter cætera in genere materia nitor eternus.* Hæc ex capite v. hausit, & recte exscipit, *καὶ οὐρανοὶ πλευραὶ διέχουσαι.* Cupressi materiem æternam luculentu demonstrat argumento; quod simulachrum Vejovis ex cupresso factum sit. Sed qualis ille Deus? Veteribus dicebatur Deus, cui dempta ac detracta esset juvandi facultas. Gellius libr. 5. cap. 12. *Cum Iovem igitur, & Dyovem à juvando nominassent, eum quoque contra Deum, qui non juvandi potestarem, sed vim nocendi haberet nam Deos quosdam, ut prodefsent, celebrabant, quosdam, ne obessent, placabant) Vejovem appellaverunt, dempta atque detracta juvandi facultate.* — Simulachrum igitur Dëi Vejovis, quod in æde est, de qua supra dixi, sagittas tenet, quæ sunt videlicet paratae ad noctendum. Quapropter eum Deum plerique Apollinem esse dixerunt; immolarunque ei ritu humano capra. ejusque animalis segmentum juxta simulachrum stat. Simili arguimento cedri materiem æternam docet: sed vereor scriptum fuisse, citrorum. Citrus enim in Africa, cedrus in Syria nascitur. Numidicarum, inquit, cedrorum trabes durant. Numidiam Africæ partem, nemo ignorat. Sed alibi, ut supra dixi, cedrum in Africa nasci tradidit; quod Vitruvii confirmatur auctoritate, quem citri cedrique historiam confundisse, gravissimi scribunt viri, non aliis moti rationibus, quam quod cedrum foliis cupressi, & in Africa nasci scribat. Quod si Plinius, Numidicarum citrorum, scripserit, omnino paulo ante restituendum; maximè æternum putant hebenum, cupressum, citrum, claro de omnibus, &c. Vulgatam non ausim rejecere, ob causam quam dixi. Utrum omnia quæ odore præcellunt maximè æterna, hærebo; ut plurimum id verum esse, concedo.

Agnitissimi. Plinius loco citato. A prædictis moris maxime laudatur, quæ vetustate etiam nigrescit.

Agnitissimi. Plinius loco citato. Et quedam tamen in aliis diuturniora sunt usibus, quam aliae. *ulmus in perficiu firma, robur defossum, at in aquis, quercus obruta.* Eadem supra terrâ rimosa facit opera torquendo se: *laryx in humore præcipua, & alnus nigra; robur marina aqua corruptum.*

ætate vigens materies † fecerit. Sunt enim spissæ, † fecerit, terrenæ, humidæq; naturæ temperatores: commo- maxime si diores etiam, qui ex apricis, siccis aquiloniisque, quam qui ex umbrosis, humectis, astrinuisse. † Generis item siccioris, quo spissius est, carbonē præstat com- modiorem: quo spissius enim humidius est. Atque in totum, ordinis vel natura, vel loco siccioris pars spis- sior, commodior eadem de causa est. Vfus vero di- versorum diversus. Quibusdam enim operibus mol- liores expeti solent: ceu ferreis metallis, juglās, cum jam exarserit: & argenteis, qui confecti ex picea sunt. Quin etiam artes carbones suos desiderant. Et quidē excusores pineos potius querunt, quam quer- nos, quanquam infirmiores sint. Ad flatum enim re- spondent commodius, quoniam minus marcescant extinguanturque. Est autem flamma eorum † cele- tior. Denique rarorum, & levium & aridorum, tam carbonum, quam lignorum acutior est: contra spis- fororum, & humidorum, lentior atque crassior. Om- nium acutissimam humilis reddit materia, sed carbo- nes nullos relinquit, eo quod corpulentia caret. Cæ- dunt componuntq; ad carbonem conficiendum, quæ recta & levia sunt: enimvero quam densissime com- poni ad concremationem oportet. † Cum vero for- nacem circum accenderint ignem, veribus interpu- gentes transmittrunt, flammarumque penitus excitant nem accen- oribus corripiendis. Hæc querere ad carbones so- dent, ac con- lent. “ Fumosa genere quidem universo, quæ humi- tis à latere da sunt. Et viridia quoque † fumosa eadem de causa pungunt. experimur. Humida inquam, quæ palustria; ut plata- H.c. nus, salix, † populus: nam & vitis fumosa, dum hu- mida est. † Palma suapte natura fumosa est. Ex quo illud Chæremonis carmen, Palmæque venas usq; fu- lesta. mosisimæ radice natas. Fumus acerbissimus, fici, ca- † populus u- prifici, & cujusq; lacteo succo humentis. Causa hu- traque. mor est. Hæc tamen decorticata, & aqua super infusa fumo mo- madefacta, deinde siccatæ, omnium maxime immunia lesta. fumo evadunt,flammamq; mollissimam faciunt: ut Palma suapte na- potestate cum propriis quoque, innatusq; humor exempli- tura: quam tus sit. Quinetiam cinerem eorum lixiviamq; acrem potissimum sentimus, ac præcipue amygdalæ. Quanquam ad for- fumo mole- naces artesq; reliquas commoda percipiatur. Ad ig- stam arb- nem excipiendum aptissima ficus, oleaque. Ficus quia trantur.

“ τῆς αἰγαίου
τῆς τῆς οινάθης
τῆς αὐγείας α-
ποτερούσαις καὶ
τοῦ τοῦ. † τείχοις.
† τείχοις.

“ αὐγείαν Ald. μὴ δεῖ παρατητεῖν εἶναι, τὸ σῆε, ποιητικόν* οὐ μὲν ἀλλά
Bas. εἴη δὲ καὶ τὸ τὸ αὐτό οὐγγίνεται. Εἰ ὡς γέ πινες ιασολαμβά-
νησιν, οὐδὲν διαφέρει. αἰσθατὸς σῆε καὶ σὸν ράμνου. ποιη-
τεῖσται καὶ τὸν οὐρανόν χρηστόν. περὸς γάρ τῷ ξηραν
καὶ αχυμον εἶναι, δεῖ καὶ μανωτέρου, οὐ η τείχισιορύη.
τῷ τεῦ πανον εἰπαθέσερον. διὸ τὸ δάφνης αἴπεισε-
ρον ἐργάζεται τῇ δελμάτῃ* γίνεται γάρ σὸν ράμνον, πλιν-
τησις. οὐ δοκεῖ αἴρον εἶναι. Εἰ γάρ σκληρόπερον η
λιπόρον η ἐλαία. τοῦτο μὴ σὸν μαρτυρεῖσον εἶχε δηλο-

* Sed mate-
riam aridè
sonitus ex
bac, id quod
diversis accipiantur; & alterum efficiendi, alterum
terit ex lau-
patiendi vim obtineat, natura protinus exigit. Cæte-
ro facere o-
rum vel ex eodem nonnunquam conficiunt, nec de-
portet.
sunt, qui nihil referre arbitrentur. Commoda etiam
ex rhamno, quæ quidem vel conceptaculum præbere
idoneum potest. Non enim tantum humore exinan-
tum arefactumque, sed etiam rarum esse oportet, ut
attritus efficacior esse possit. Terebrū ad patiendum
pertinacius esse deber: qua de causa laureum faciunt.
Id enim pro sua acrimonia valentius resistens, opus
commodius expedit. Quin & ex rhamno, ilice, tilia,
& fere plurimis id fieri solet, præterquam ex olea:
quod certe absurdum putaveris. Oleam enim durio-
rem

† παρεῖσα. νόν τὸν ὑγρότητα τοῦ πύρωσιν πάντα δὲ τὰ πυρά, Βορείοις μὲν θέσιον Εὐμάλλον ἐξάπιεται· νότοις δὲ οὐδὲν. Εἰς μὲν τοῖς μετεώροις μᾶλλον, εἰς δὲ τοῖς κε-

[†] αἵρεις Ald. λοις ἡγίαν. [†] αὔξεις ἢ τῶν ξύλων πὲ κεδρώνα, Εἰ αὐτῷς
“ιδεῖσθαι Scal. ὃν ἐλασώδης υγρότης. διὸ Εἰ πὲ αὐτάλματά Φασον ἴ-
pro quo forte δεινός εἴσιστε. ποιεστοῦσάρ σκη τούτων. δῆ μαλούσιν ἀλεῖσιν
ιδεῖσθαι scri- τῆς εἰληφίας οὐθίδηρος; Σταύρος δὲ Εἰ εἰδήσονται περὶ τὰς

Ἐκαπίνους, γίνεται συνιστώμενης τῆς ὑγρότητος, τῷ οχυρῷ
ματὶ μὴν σρογγύλῃ, μέχεδ^Θ ἢ ἡλίκινη ἀπ^Θ, ἥ καμ
μικρῷ μετίζον ἢ ἐλαπίον. ἐκβλαστίνει σὲ μάλιστα τὰ
ἐλαῖνα, οὐ δέρα κείμενα οὐ εἰργασμένα πολλάκις, εἰσ
ἰκμάδα λαμπάνη οὐχὶ τέπον τὸ νοτερόν. ὁπτερη^Θ τῆς
σροφεὺς τῆς θύρας ἐβλάσησε, οὐ εἰς κυλίκιον ταῦτα θύνου
πεθεῖς τῇ καπῇ πηλός.

Ald. Bas.

Kαὶ μάλιστα ὁ πῶν κηρύκεων. Theodorus omisit. Habes alia
et diversa inter se significata apud Athenaeum, et Pol-
lucem. Nescio an tempestivè admitteremus, κηρύκεων. Home-
rus etiam, κῆρος, pro, κηρύκεως.

Kai ὁ εἰς αἴρουσας ὑπερβολής. Lege, οὐκετότερος. Ex materia humidiori, & spissiore. Reddit rationem. οὐχιτέρης γάρ οὐ πυκνός. Et jam dixit, Carbonem ex spissiore meliorem. ergo ex humidiuscula. Et sane dicebat, ίνχερος. Medius terminus syllogismi est, humiditas. Minor propositio, humida spissior. Igitur erravit Theodorus, qui dicebat: generis siccior. Legerat οὐκετότερος. Neque putas contradictionem, cum petit ex apricis, mox ex humidis. Quippe οὐχι, significat humoris copiam; ίνχερος autem mediocritatem. Itaque dicit, συμμέτερος. Et paulò inferius scipsum interpretatur; λέγει ίνχερος τὰ θεῖα. Ponit deinde etiā alia ex causa præstantiorem. Inter ea quæ densa sunt, sicciuscula maximè eligenda: quia ex densitate αἰρίσκονται, ex siccitate acutum edunt ignem.

Ois cō τοῖς σπερμαῖσι. Legit, eis. Theodorus omisit, δέοντες, sicut sēpē hactenus. Lego ἀδιντερι. Nam hoc tractat, quem ad usum οἱ μαλακῶται expetuntur.

Ta οδίᾳ, ἡ via Theodorus legit, λαῖς: λαῖvia. Quia ex novellis minus probus caro delatur. Item ex vetustis. Et ratio est τοῦτο: propterea quod ligna ipsa maxime contigua esse oportet. Idem legit, οὐδὲν γάρ: non autem οὐδὲν γάρ. Oblinendo struem, obducunt fornacem. oblinunt ergo luto pyramidem ipsam. Sic Plinius, Acervi confertis paleis recentibus luto caminantur. Hoc est, οὐλαιαὶ γάρ: accensaque strue, hoc est, ιεράὶ γάρ. οὐδὲν γάρ τοι δεῖλον γένεσιν. hoc est, contis pungitur. οὐδὲ τοῦ κόπου θεραπεύει, lego να τίκανωσιν.

Omisit Theodorus alllu; ut toties alibi monuimus.
Cherenonis. Carmen est jambicum senarium cum hemi-
stichio precedente, ad hunc modum.

Toῦτε δυσκαπνωτέρου

Φοίνικ^Θ ἐπὶ γῆς ῥιζοφοιτήτων φλέβαι.

Theodorus aptè interpretatus est; Et anteposuit integrum
Observabis verbum invīnē, quia erat novens. Sic Aristote-
les ferè semper.

Φλοζεθίνη. Theodorus, Φλοζεθίνη, decorticata. recte.
Οινίας ὑγρότος ή γρυπής. Proprio humore exempto
 Sanè propterea fumum non facient. recte. At enim verò quo-
 modo μαλακάστην φλέξα? Hoc est superioribus contrarium
 δέουστος φλέξη τῶν μαλακῶν, καὶ καὶ φων, καὶ αὐτοῦ.

IOANNIS BODEI A STAPEL

A p. &c. Ob hos & similes usus, sunt qui querunt dicta contendunt, quasi *me et te* u/ quod Belgis est avertio & prohibeo frigus: quod præcipua quercuum utilitas sit, casas & domos aduersus frigus munire; ipsos etiam muros & pavimenta soleant, ne frigore laedantur, ista materia tegere; tum ignem ex ea, contra frigora hiberna accendere, qui ex nulla arbore corporibus humanis est salubrior. Quod nec ignorasse volunt Theocritum; utpote apud quem sit, *εν μει δι οπινοι χοριται, εν πει δι αλια φαγητοι καισανοντες.* Sic nullam esse arborem volunt quæ vel in ædificiis, vel in foco plus adferat adjumenti ad homines à frigore tuendos. Addunt his, nihil esse præstantius ad algores depellendos, quam corpus habere valido alimento bene fartum, & succi plenum; id vero quercum maxime præstare, solidam porco-

rem pinguioremque esse constat. Sed haec, ob immo-
dicum scilicet humorem, inepta redditur ad ignito-
rem. Quodque autem genus ignariorum aquilonis
flatibus ignem ocyus magisq; concipit, austrinis mi-
nus: & locis editis atq; sublimibus magis, quam con-
cavis. Cedri materies nata est humorem emittere, &
in plenum omnes quibus oleosus est humor. Quam-
obrem deorum statuæ viæ sunt aliquando sudasse:

ex his enim condere eas consuevere. † Quod autem
Lucinam appellant, & sacrificiis observandum aru-
spices jubent, concreto quodam humore, extuberat,
magnitudine piri, aut paulo majus, minusve. Germen
potissimum producit materies oleaginea, cū rudis, tum
ſepe laborata in opus, si quem humorē sentiat, locum-
que habeat humectum. Ut jam cardo quidam valvæ
prodatur germinasse, & pcculum limo injectum.

RI ANIMADVERSI^NES.

*Key της ὄπειας τέχνας ἀλλάζειται γρήγορα. Non videtur vox
ἀλλάζειν hic quicquam facere. Quare Theodorus omisit. Legi-
pietūr εὐθέως εἰπειν μεταφοράν apud Aristotelem.*

Kαὶ ἐδιορ. Theodorus, dimittit. Non : sed, transmittit: quia μαῖον εἴπει. τὸ δὲ γλίγερον καὶ: Εἰ non διορ.

*Illyria p. v. Videntur veteres etiam alia ratione, quam
silicis, concepisse ignem. Terebrum faciebant ex ligno soli-
diore: deinde ei tabellam supponebant ex ea materia, que
ignem concipere ex attritu posset. Tabellam hanc ea de caus-
fa iorūzāgē appellabant, tanquam focum. Theodorus ob officio
conceptaculum.*

Εὐφορίας φύσις. Theodorus omisit. lego, οὐαγὴ δεῖ.

Areris à tuis cibis. Hoc esse decet separatum caput. Est enim præter materiam ignariorum. Et affectus naturæ triplex declaratur, ut humorem edant, ut extumescant, ut regeriminent. Lege idem, sudare.

Οὗτος οὐδενὸς οὐδείς τῆς πατριωτικής, ἡφαστερός. Τούτος ἐγ γένους
πάτερ τοῦ εὐτελείου. Theodorus, Simpliciter. Quod vocant
Lucinam: & sacrificiis observandum aruspices jubent.
Omisit, ιδίως, τὸ Ιφθιμόντα, τὸ Ιερόνυμον. Extat igitur in ligni
tumor aliquando humorē continens. Iccirco non Lucinam
vocant, id quod vult Theodorus; sed ιδίως Lucinæ. Et est
Ιφθιμόντα. Est autem ιδίως ιδίως, collectio, ac retentio
Nomen inusitatissimum, sicut τὸ rara res. Et quia videbatur pro-
digium arborem pregnantem esse, Dea attribuerunt. Ergo
nisi Hecates sacerdotes, quae τὸ partui præst, τὸ interiu-
Tergemina enim est.

Tóma i^one mōtēg. *Lego*, mōtēg. 'A^gzā. rudes Theodorus, recte. Vacua, & otiosa ab opere. Sic in libro sequenti de Silphio; Otiosa ab usu. *Divus Paulus non semel usurpavit pro eo, quod est privare officio.* Origo verbi ab opere & privatione, a^gzās. Vnde a^ger Latinis, & sane talis est morbi definitio, Læsio, aut ablatio officiorum. Hominem ejusmodi nullius operæ Thusci mira voce notant Scioperonem: quia sine opera. Ad Græca vergit lizatum Taurinorum appellatio Gargus. Herodotus in Thalia, Dariu, &c. vocat. Constantrē

Hic animi atque eruditioris gratia monendum censui, usum arborum atque herbarum, præter eos omnes qui possunt, esse etiam in viventibus, quasi pro materia. Qualem videmus in salicibus ad opus topiarium: in ulmis ad vites. In spinis, Sambuco, Malogramato, Rubo, Cydonio, Aparina ad sepes. A Iureconsultis proditum est in criminibus extra ordinariis puniri apud Ægyptios cum, qui Sycomorum succiderit: propterea quod iis arboribus colligentur aggeres Nitotici, quibus aquarium incrementa retinentur.

NOTÆ ET COMMENTARIUS.

rum carnem hibernis mensibus subministrantem; à qua, experimentis, rationi, & Galeno creditum, plurimū sanguinis & validi nutrimenti humanis membris accrescat; eoq; posito nihil sit praesentius & firmius adversus rigidas frigoris injurias. Sed haec inepta sunt. Nugantur quae haec vel scribunt, vel credunt. Juniperi lignum, item cedar, cupressi, domib. focoq; præstatius, ac nihil salubriter igne ex juniperi ligno: idem domibus antissimum: nemo tamē à frigore arcendo ei nomine impositū scriptit. Falsissimū præterea, Latinam linguā ē Belgica vel Allemannica originē traxisse; immo Allemannica, Belgicaq; partim ex Latina, partim ex Greca cōflata, ut ipsa Greca ex Phoenicea

Tarren. Plinius lib. 16. cap. 6. Item è novellis melior. I quod in querno carbone quotidie experimur. Nam qu ex trunci aut crassiorū ramorū taleis fit, in igne crepitat

subtilit, nec nisi continuo flatu accenditur; quo cessante, vel si non lignis facile flagrantibus assidue foveatur, conceptus ignis statim extinguitur: qui vero ex gracilioribus fit ramis, vel ignem facile concipit, vel exiguo raroque flatu accensum constantissime alit, quoique in cinerem redigatur.

Tos molangus. Molles vocat carbones, quæ non adeo vehementer emittunt flammarum. Nostri fabri ferrarii durissimo utuntur carbone, qui flatu accensus satis vehementer flagrat. Vide quæ paulo infra dicentur.

Kαὶ τὸν ἀργεῖον. Apud nos argentarii fabri molliori utuntur carbone. Lycus apud Galenum, in libro quem contra illius errores scribit, aurifabros palearum flamma aurum elaborare tradit, quod imbecilli igne opus illis sit, quia aurum vehementiore liquatur, & effluit. Οὐδὲ γὰρ τὸ πῦρ τὸ πυργὸν οὐ πῦρ εἶναι, αἰδητὸν τὸ μέλανον τὸ ἡπέον, διαφίστι, οὐ πυργόν τὸ εἴδη περὶ τὸν ιγνώσκει, Εἰ τότε τούτῳ ἀχράντῳ αἰδητίσασθαι εἴσαι νομίζων, εὐτελεῖσθαι εἴναι φοιτῶντος τούτῳ ιεραστοῖς θρύσσον. Nam tametsi ab igne ignis duntaxat qua ignis est nihil differat, majoris tamen ac minoris ratione differt. Cum fieri possit, ut alius alio vehementior insirmiorque ignis sit, & eum quidem cum sit, esse invalidissimum arbitratur, ad aurumq; constandum compositum ait. Αἰσχρόν γάρ αὐτῷ νῦν Αἰσχρόν, οὐ πυργόν τονταταζοντα φλογή. liquifieri enim ac diffundi, si vehementiorem experietur flammarum. Molli etiam utuntur igne Pharmacopæi, quod olim Medicos observasse, ex Theophrasti libro de igne probatur, ubi ait, Απὸ μὲν μελαχάνης πυργοῦ μελαχανίτερον τὸ θερμόν. δέ τοι σκληρόν νῆ πυκνῶν, σφραγότερον. διὸ καὶ οἱ ιατροὶ τούτον πλεονεκτούσι τῷ στόματι μελαχανίτην γὰρ οὐ τούτου θερμότερον. οὐδεισαὶ τὸν τούτον πυραύλοντο, οὐ τούτον αἰδητίσασθαι. δέ τοιστάντερον γάρ ξερόν τούτον θερμότερον γένεσθαι. Nam à laxis & mollibus mollior quoque oritur calor; à duris & densis vehementior. itaque Medici vitice (vide libr. 3. cap. 17.) clavos adurunt, cuius calor mollissimus est, itidem in fomentis & unctionibus ab hujusmodi materiis vaporem fere flagitant.

Χαλκεῖς, &c. Theophrastus libro de igne; Ὄμοιος ἐγγένηται τοῖς τέχναις καὶ λόγοις. αἷς μὲν ἀσπερ βιαστίσσεις τὸς χρυσοῦ, ἀσπερ τὴν γαληκευτικὴν τὸν σφροτοπέλτων, διὸ καὶ τοὺς ἀνδράρχας τοὺς γαληκευτούς καὶ πυροπάνους λαμβάνουσι, καὶ εὐεῖς μὲ τοπίος πλινθοῦσι ἄντες τῆς ισχύος. καὶ τοῖς Φύσις χρωταῖς σφροτοπέλτης γένεσις εἴναι ἡ πυρότων καὶ φρεστέρων, ανακυριώτερος τοῦ πινεματος. Sic aliae artes pro rata portione. quarum enim administratio vehementioris est operis, velut fabrorum ἀεριορίους ars, vaporē acerrimum desiderat. Proinde carbones omnium densissimos terrenoisque maximè sumunt, ac nonnullos quoque πινεῖον, id est, strictivōs reddunt, quo major vis sit, follesque adhibent. Sic enim acrior calor est & plenior, præterea flatu accidente. Τῷ χαλκευτῷ vertunt, ferrariorum ars. idque, quod fabri ferrarii, ut dixi, dariissimo utantur carbone. Nec nego, ita posse exponi: satis clarè Pollux lib. 7. cap. 24. τῷ χαλκευτῷ τὸν σιδηρον ιραζουσίους. Malo ἀεριοῖς, interpretari. Nam paulo ante dixit, ferrarios molli uti carbone, quod falsum dixi. Vox σιδηροῖς idcirco valde suspecta. An scriptis iurexοις vel iurexοις, ut in Libro de igne, loco jam citato? Sed tum scribendum, οὐτας ἥλεος καίσονται. Sed potest & vulgata servari, & χαλκεῖς exponi, ferrarios. Nempe uti fabros dariissimo carbone, quando nondum arserit ferrum; molliori, cum jam ferre exarserit. Sed nec hoc placet. Sequitur enim, μὴ τινας ιστεσεη, pro quo Scaliger, ἀερισεη. At certè pinei molliores, quam querni. Tractat præterea, quem ad usum molliores expetantur, quod ad flatum commodius respondeant, minusque marcescant & extinguantur. Hæc si vera lectione, planè sibi contradicit Theophrastus. In libro enim de igne, ferrarios duro carbōne uti tradit. Falsum etiam duriores citius marcescere. De suo addidit Gaza, minus marcescant, extinguanturque. Καραμεγέδων hoc loco, marcesco, id est, in cineres mutor. Et hoc de durioribus ipsa probat experientia: dum enim durant; cum molliores accedente flatu cito in cineres vertantur, nec folles maiores, vehementesq; flatus, quibus utantur ferrarii fabri, ferre possint. Scribo ergo, Προς τινας γὰρ ζεῦσοις τοῖς μελαγκούς. οἷος εἰ τοῖς iurexοις λίνος τῆς κρεπίδης τῆς μελαγκοῦς. οὗτος πλούσιος καίσονται, λαρέοι. (vel ἥλοι καίσονται, prius magis placet) & εἰ τοῖς — ζεῦσοις & εἰ τοῖς χαλκευτοῖς τέος πινεῖονται (vel λιθίνοις, quibus nostri utuntur) μᾶλλον ἢ δρυίσονται, καὶ τοις οὐδινέσοις, & εἰ τοῖς Φύσις ἀμένοις, οἷς ξότον καίσονται περινεργούσοις. Quibusdam enim operibus molliores experti solent, eis in medicina, castanea, quando callos adurunt Medicis — & quidem ferrarii fabri ilignos (saxeos) potius querunt quam quernos: firmiores enim sunt, & ad flatum etiam respondent commodius, quoniam tardius in cineres mutantur; diutius enim durant. Hanc ipsa experientia probat lectionem. Quæ etiam convenit, cum eo, quod lib. de igne, scriptum reperitur. Carbones ilignos duros esse, do-

cet Aristophanes in Acharnens. Actu 1. Scen. 5. Ubi duros
& agrestes homines vocat ilignes.

Αχαρνικοί, σιπτὸι γέροντες, πεύκινοι,
Απερίμονες, μαρσηθωνομάχαι, σφενδάμυνοι.

*Acharnici, duri senes, ilignei,
Præfæcti, præliatores marathonii, acerni.*

Interpres, ἀξερῆς οἱ ἄνθρακες. Acharnenses deridet Aristophanes, ut carbonarios; ideoque inter eos singit στριῶν, υπερβολαῖς, πατέρων, οὐφιδεμένους. Verior illorum sententia, qui duros intelligent homines, quales agrestes sunt quos ad durum genus, & duro labore natos Poëtae vocant: nec probabile fit à carbonibus potius, quam à lignis sic vocatos ab Aristophane fuisse. Quod si apud Græcos communi adagio dicitur οὐκέτι μηρύεις, hoc est, sicutulnea diligentia, de negligentioribus atque desidibus, ut scribit Suidas; non video, cur duri & agrestes aptissimè, & ligni, & querni, & acerni non potuerint à lepidissimo Poëta vocari. Nec μηρύς vox propriè epithetū carbonum, sed cuiusvis rei duræ, confarctæ, constipatae, & densæ. Cæterum Theophrastus μηρύς vocat carbones densos, sumpta, ut ait Suidas, à vestibus metaphora, quæ contextæ densiores evadunt: aut duros, ac veluti constitutos, δότι τε γίγνεται, quod est πάντι, ut idem tradit Suidas. Στιττοὶ, αὖτις τε πυκνοὶ. ἔργαται ή δότι ποὺ εἰδήταν, αἴτιοις ὑφαιμένοις, οἵ πυκνότητα συνάπτεται. ή σερεστοί, Επιπλακενοί, δότι τε γίγνεται, οἵ πατεῖν.

*Πειραλέψωσι. Vide animadversiones Scaligeri. Theodorus legit Ἀστάψωσι. Plinius libr. 16. cap. 6. *Acervi confertis taleis recentibus luto caminantur : accensaque strue contis pungitur durescens calix*, atque ita sudorem emittit. *Luto caminantur*, id est, in camini modum oblinuntur, Ἀστάψωσι. *Ascensaque strue*, hoc est, ἀπόκρυπτον. *Contis pungitur*, hoc est, ἀπόχυτων τούς δέξιον; *Durescens calix*, hoc est, corium, seu tegumentum, lutosa crusta; *Sudorem emitit*; hoc fieri Theophrastus vult, ut excitata flamma omnia corripiat.*

Φοῖνξ. Theophrastus lib. de igne. Δύσκαναν δὲ τῶν ἔνδιων πάτη κλωσθ. Εἰ τὰ σκολιὰ, Εἰ τὰ τυμόδη, καθίσταντο ὁ φοῖνξ εὐρὺς γέρεις καὶ σύδαιτείστηκεν εἶναι τῇ φλογὶ. id est, fumum excitant molestum ligna viridia, tortuosa, tenuias habentia, qualis est palma: robusta (nervosa) enim est, quare à flamma non facile carpitur. Interpres legit, ἀλλοι καὶ σύδαιτείστηκεν. Esse enim infirmissimam oportet, & quam flamma facile carpatur. Lege, φοῖνξ. Μή τοι δύνασθαι καὶ δυσκάνεσθαι τῇ φλογὶ. vel, Οὐτορ γέρεις καὶ δυσκάνεσθαι τῇ φλογῃ. Vel delenda vox τίνει, vel addendum ἀλλαγή, & delendum γέρεις. Rationem reddit cur palma difficile ardeat, quod lignum validum & haud facile partibile. Nam facile finditur, quod nervosum est, nervos antiqui τίνος vocarunt. Quod Cheræmon φλέβας venas vocat, hoc Theophrastus *nervias*, *tenuias*. Intelligit crassiores illas fibras in longum potrectas, quæ in palmæ ligno videntur. Rectius τίνος dixisset, id est *nervos*, Cheræmon. Sed cur propter nervos, tenuias, vel venas fumosam dicit. Causa videtur, quod humor non exsiccatur, sed contumaciter inhæreat fibris: humida vero fumosa, sive fumo molesta. Alia accedit ratio, quod ignis difficulter penetrat, propter nervorum in palma contumaciam, unde fumus, qui plurimus fit, usque dum flamma evicerit, extiteritque, subjungit tortuosam materiem fumosam, quod fit propter partium inæqualitatem. Nodosa enim talis materies, & tuberosa, quæ ligni inæqualitas, partim facile, partim difficile ardens, fumum plurimum excitat.

'O Kαννὸς οὐκῆς, &c. Idem Aristoph. in *Vespis*.

Καπνὸς ἔγωγε ἐξέρχομαι.
Καπνὸς; Φέρειδα πνὸς ξύλου σου. συκίου,
Νητὸν Δι επεργέστη δελμύτων καπνῶν.

*Fumus egressum aucupo
Fumusne? ligni cuius est? fculnei.
Sane omnium qui fumus est acerrimus.*

Theophrastus libr. de igne. Ήδη δέ τις τε καπνός καὶ τίς ιγνή τε τίς ικάρος, διὸ καὶ δέ τε συκών δέρματος παθεῖται. Ita lege. Male edunt συκών. Iam acrimonia fumi provenit ex cuiusque humore, proinde ē fico acris est: lacte enim plurimo abundat. Hoc nemo negabit, nisi velit, contra experientiam statuere, fumum ex humore ligni non exhalarē. Plutarchus lib. 6. Sympos. quæst. ult. ubi quærit, quæ causa sit, quod mactatæ carnes, si de fico suspendantur, mox tenerescant: ibidem docens quod tauris ficiū alligatur.

alligatus ferocitatem deponit, quod ipsum etiam libr. 2.
quæst. sept. scribit. ὅν μὲν δὲ τινῶν τῆς συκῆς ἀπίστοι ιχνεύει, Ε
σφαδρόν, ἡτούτης ἐμμαρτυρεῖ, καὶ τὸ φέρετον λεγεῖν πόρον, αἰ
αὶ συκῆς φερούσθετος ὁ χαλεπιταῦτος, ἀποκλινεῖται εἰς Φανετοναί
καὶ οὐλαίς αφίστοτε τὸ θυρεόν, ἀπαγγελεῖται πόρον. τὸν δὲ τοπιού
την αἴποιο καὶ διλαμποῦν δελεμπήτης ἔχει. τὸ χαρόντον απάντων ὄπων
τούτου, οὐδεὶς καὶ τὸ σύκον αὐτῷ καὶ τὸ ξύλον καὶ τὸ ίσχεῖον ἀπαντάτοις,
οὐδὲ ποιεῖται τε τῷ καρπῷ διάκετοι μαζίστα, ηγεμονίας οὐκέτι
ρυπτικωτέττα παρέχεται πάντα. Equidem spiritum validum ἐσ
vehementem à fisca exhalare, cum visus planè testatur,
tum id quod de tauris fertur: scilicet fiscaū alligatum taurum,
etiam ferociissimum, quiescere, tactumque admittere, ἐσ
timino ferociam, quasi elangueſcentem deponere. In acrimo
niam tamen arboris pars major causa collata est. Est enim
haec arbor omnium plantarum succi plenissima, quo ἐσ
ficus ipsa, ἐσ lignum, ἐσ cortex plenus est. Itaque ficalnum lig
num crematum fumo maximè mordet, ἐσ combusti cinis li
xivium præbet, summa tergendi vi præditum. Hæc vero o
mnia sunt caloris.

O*rixiā* οὐ γεγονέθη. Hoc, inquit, superioribus contrarium, ἵεντες φλόγη τε μετάνω ἐπιφυλακήσαν. Nulla contradic̄tio. Supra egit de carbonibus lignisque quæ natura habent temperamentum ficcus & humidius: nunc autem de lignis non natura ficcis, sed arte exsiccatis. Hæc respectu humidorum mollissimam flammatum exhibebant. Præterea cum dicit flammatum mollissimam facere, vult non tam copiosum fumū sibi adjunctū habere, uti viridia; quæ idcirco sunt molestissima; cum hæc minime molesta sit.

Propria. Scribe, πυρία, & paulo infra, πυρίον, ex cap. 4. hujus libri. Πυρία vocant ligna illa ex quibus ignis concipiebatur. Id hoc fere modo præstabat: lignum altero ligno tam diu terebrabatur, donec ignem conciperet: terebrum faciebant ex ligno solidiore, cui supposita tabella ex leviore materia, attritione ignem eliciebant. Plato lib. 14. de Repub. Τάχεις ἀν τῷ θέματι τα σκοπούστε, καὶ τείσοτε, αὐτοῖς εἰς πυρίαν σκληρόμερα ποιοῦσινθε τούς δικαιουσίων. Simplicius in Aristot. libr. 3. de calis. Διὸς ἐξανθέμουσ πῦρ, ἄστρος τῶν ζυγίων, οἱ πέτραις εἰς ταπείην φέροντες. *A lignis ignem elicunt, alterum ex lignis, ut terebrum in altero circumvertendo.* Scholiafestes Apollonii ad hunc versum,

— Τοι δή αὖ φί πυρής σινεύεσκον.

"Αὶ τὸ θεῖον, πατέρεσσον. τὰ γὰρ ἔντλα πατέρεσσον, οὐ αὐτὸν τὸν πατέρα θεάσθω, περία γὰρ τοῦτο φασι τὰ αὐτοτέληδημα ταῦτα λοιπόν τοὺς αἴγαλην τὰ ποὺς ιερατῶν. *Ligna enim invicē conterunt, usque in ignem emittant, pureia hæc vocant; ligna lignis terruntur usque ignis ex iis generetur.* Latini τὸ πυρίον, igniarium vocant. Isiodorus, *Igniarium ignem concipiens, τὸ πυρίον.* Videntur autem, monstrante natura, id imitatione invenisse, qui modum hunc concipiendi ignis, primi in vita commoda retulerunt: quandoquidem Lucretius ignis inventionem, arborum attritioni tribuit, quinto dererum Natura libro.

*Et ramosa tamen, cum ventis pulsa vacillans
Æstuat in ramos incumbens arboris arbos,
Exprimitur validis extritus viribus ignis;
Et micat interdum flammae fervidus ardor,
Mutuadum inter se rami stirpesque teruntur.*

Plinius, τὸ πυρεῖον ex lignis, pastores invenisse docet lib.
16. cap. 40. Calidae morus & laurus, edera, & omnes è
quibus lignaria sunt. Exploratorū hoc usus in castris, pasto-
rumque reperit, quoniam ad excudendum ignem non semper
lapidis occasio est. Teritur ergo lignum ligno, ignemque con-
cipit attritu, excipiente materia aridi somitis, fungi vel fo-
liorum, facillimi conceptus, & hedera nihil præstantius, qua-
teratur, lauro quæ terat. Ferro etiam usi veteres, & hoc
igniarii genus inventum Mercurio canit Homerus in e-
jus Hymno.

Σεις δὲ Φόροις ξύλα πολλά, πυρός δὲ ἐπεμαίετο τέχνη
Δάφνης αὐγήλαστὸν ὅζων ἐλών, ἐπέλεψε σιδῆρῳ
Ἄρμενον τὸ παλῆμην ἀνὰ δὲ ἀμπυντο Βαῖος αὐγῆμεν
(θερμὸς αὔτημεν.)
· Ερυμῆς τοι πέωνιστα πυρῆναις πῦρ ἀνέδωκε.

Vestales quoque non ligni ad lignum attritu æternum reparabant ignem, si quando extinctus esset, quod contigit Bello Mithridatico atque Romanorum civili, (testis Plutarcho in Numa, ἦτορὶ τῷ Μίθριδατικῷ καὶ τῷ εἰρήνης Ρωμαίων πόλεμον, ἀπέκλεψε τὸ βούλαι τὸ πῶρον ἐφανεῖσθαι, Belloq, Mithridatico atq; Romanorū civili una cum arā fuit deletus ignis,) sed materia ligni felicis, quam ferro terebrabant. Festus,

*His mos erat, tabulam felicis materie tamdiu terebrare, quo-
usque exceptum ignem cavo & eo (vulgo cribro igneo) virgo
in adem ferret. Ita legit Clariss. Salmasius ex Plutarcho,
qui paulo aliter narrat ignis vestalis resuscitandi modum.
Plutarthus, ο φυσι μηδε δωτι επεργη περγης ινασος, καιος οι
ποιηση νη την αιματηρην δωτι Ε ηλιος φλόγα καθηρεψη νη αμεινων. ιε-
πιπλοντες οι μάλιστα της σκαφιοις, α κελαπος αιστη μηδε των τυ-
πογεις ιστουσελούς. οργητων τριγωνων ποιαισθερδρα, τυδινες οι εις η εις η
σκαφιδρινος κειτερη. ο τετρα έτι που ιστανται λαζη οικος την ηλιος, ατε-
πει αιρεται παντερη η αιαπεριφρας απροσιον. Ε συμπλικεσθεις η
κηπερη, αιρεται Αγκαρει την αειπινθερδρα, νη πεικυσφοτειη νη
ηερητει την αειπινθειμαν διξιος αιρεται ηη πλητειρειστη, σημα-
ηη πληγη λαμβανετης αιγανος λαμπερωσης. Negant eum fas esse
alio succendi igne, sed novum & recentem parandum, eli-
ciendumque puram ac liquidam & sole flammam. Succedunt
eam scaphiis cavatis in aequalia latera orthogonia, trigonalia,
que ex circumferentia in unum centrum sunt devixa. His
soli obversi radiis, undique flagrantes coguntur & contra-
buntur ad centrum, ita cum ipsum aerem dividunt attenua-
tum, tum levissimum quodque, aique aridisissimum appositum
fomentum inflammant exemplo, quod accipient reflexione
radii corpus & ictum ignem. Και μαλιστα της σκαφιοις. Hunc
locum interpres Xylander vertit, Eam ad rem instru-
mentis utuntur que σκαφη nominant; sunt autem excavata
in modum turbinis rectanguli. Atq; annotat porro, Me-
minit Vitruvius libr. & cap. 9. Horologii scaphi, quod est
Hemisphaerium excavatum; quod genus etiam hodie usurpat-
tur. Idem cap. I. libr. 4. Scapleion pro vase aliquo rotundo
& cavo posuit. Ceterum turbinis sive coni rectanguli, que est
apud Euclidem lib. II, definitio occasionem mibi dedit hunc
locum ita vertendi. Nam Lapis neque perspicue, neque vere
extulerat. Το σκαφην, vel, ut apud Halicarnassum legi-
tut, σκαφην, vas concavum vestalibus à Numa traditum,
quo ignis facer extinctus accendebaratur. Hoc ita excava-
tum erat, ut radiis solaribus hinc inde conjectis in cen-
trum, aridaq; materia apposita ignis emicaret. Alioquin
fossarum instrumentum, quo terram proruunt, δωτι Ε οιδ-
πιον, fidio: Iuven. Satyra 6.*

Et rite scaphium positis cum sumitur armis.

Interpres ridiculè pro vase vel matella, in quam mulieres meière solent, poni scribit. *τὸν οὐρανὸν* Latini *rurum* vocant. *Rurum* quo quid eruitur, à *mendo*. Cato cap. 11. Oportet habere *villicum palas sex, rurum quatuor, rastros quadridentes duos*. Plinius lib. 36. c. 23. Experimentum *marmorati est in subigendo*, donec rurum non coherereat. Hoc ipso verbo utitur Festus; *Rurum tenentis juvenis effigies in Capitolio Ephebi fuit, more Graecorum arenam ruentis, exercitationis gratia, quod signum deportavit ex Bithynia Romanum Pompejus Bithynicus*. Elegans carmen Pomponii apud Nonium de homine *ἀπεγκάπη*, & cui res retro currunt.

Sarculum hinc illò profectus, illinc rediisti rutrum.

Cum hinc abiisti, segetes tua jam in herba erant, & sacerdolum spectabant, postquam reversus es, ad rutrum tibi resrediit, & ad carcere revocatus es, cum prope metam jam esses. Primum enim est, rutro terram vertere, tum semen terrae committere, deinde glebas confringere, sataque operire, postea sarrire. Ex his aliisque locis, ut tandem unde digressi reveratur, conjicio Festum scripsisse, quousque exceptum ignem rutro aeneo virgo in eadem ferret. Facilis lapsus rutro, in cribro. Haec si minus arrideat lectio, altera Clarissimi Salmati sequere. Σακρῖν χαλκὸν apud Plutarchum, aeneum rutrum. Cribrum, ad excipiendum ignem, ineptum; rutrum aptum. Quærit Theophrastus lib. de igne, cur è lignis fiant igniaria; cum tamen nulla saliat scintilla ex lignorum attritione; qui modus concipiendi ignis longè videtur expeditior, ut in silice usit venit. Negat id verum esse, docetque ex multis aliis rebus, & facilius & citius, quam ex silice concipi ignem; ex lignis autem attritis facilius, quod illa naturam ad ignem accipiendam habeant aptissimam, ac in fere ipsum flammarum contineant fontem: cum secus in silice sit. Siccissimus enim est; ex quo salienti scintille, si non statim adponatur fontes, non concipitur. Αἴδη πάλιν μὲν γίνεται πυρεῖα, καὶ τοῦτο σὺν εἰπούσῃ τοῖς θεοῖς, πούτον ἐπειδὴν αἰδοῖς, εἰς πολλῶν γίνεται μάλλον τὸ γένετον, & πλούσιον εἰς τοῦ πυροῦ πάντοτε τὸν αὐτόν. ὅπερ τὸ τοῦ εἵνεκος παρόντος τοῦ ξείρας, συγχέεται, πάντων τῷ ποτε καὶ μή μὲν ποτε εἰδέντος τοντοῦ, διὰ αἰδοῖς ἀπὸ λαζαρίου τοῦ ξείρας, κατέκεντο αὐτὸν. Διὸ εἰπούσης αὐτοῦ πεπονισμένον παρασύρειν. Corrigit Doctis. Furianus, διὸ καὶ τὸ εἰπούσην αὐτὸν ταῖς κακοκαὶς πανταχού τοποῖσι, ut si id est: Quid est quamobrem igniaria ex ligno conficiunt, quanquam cum ex eo ignis non profiliat, malignius gignitur. Immo vero istud verū non est, cū præsertim ex plurimis materialiis & melius & celerius concipiantur. Sed tamen si ita se res habet, haec existimanda causa est, statim in materia inesse fo-

mitis quosdam igni cognatos : ac si nulla alia de causa, certo celerius acceditur propter infirmitatem; at lapis nullum solum habet, quod aret, exsiccatissimumque est, proinde quod proficit ignicium caudensque, statim fomiti admovent.

*E*ta ξερόν, &c. Puto scribendum κατά, quod ex ipso Theophrastu lib. de igne, ubi de ignariis agit, probatur, οὐτοῦ δὲ οὐτὸς οὐτὸς φασίν. Plinius loco citato: Sed nihil hedera præstantius, que teratur lauro, laurumque terat. probatur & vitis sylvestris, &c. Iuglandis nec apud Plinium, nec apud Theophrastum fit mentio.

*A*πογέννησις. Emenda Theophrastum libro de igne, ubi male legitur, οὐδὲ εἰς τῆς καλουμένης αἰδεργήσης τὸν ιχάργυρον οὐδὲ τούτων δάφνην, & scribe ex hoc capite, οὐδὲ εἰς τῆς καλουμένης αἰδεργήσης τὸν, &c. Plinius lib. 16. cap. 40. Probatur & vitis sylvestris, alia quam labrusca, & ipsa hedera modo arbore scandens. Nugatur Plinius, cum vitem sylvestrem esse scribit; nusquam tradit Theophrastus vitem esse, sed viti aut labrusca similem esse docet, & pariter arbores scandere. Doctiss. viri vitalbam, a thragenam esse scribunt; quorum cur vel probem, vel improbem opinionem, causam habeo nullam. Vitalba caules farmentosos, multos, crassos, ramosos, geniculatos, non-nihil rubentes, ac subinde lento & obliqueflos emittit, sepibus, dumisq; se implicans atq; irretiens, vicina omnia appetens ac superans. Folia ad unum nervum è quinis ferré coalescent, eorum eminente uno; quæ lata sunt, hederaceis similia; nequaquam tamen angulosa, verum per circumferentiam nonnihil crenata. Flores in racemi aut umbellæ formam digeruntur. candidi & odorati, florum myrti æmuli; semen subnascitur exiguū triangulari specie, capillaceum, tenuisq; plumæ instar incanam veluti cristam gerens, gustu acre.

*O*μοιος τῇ αιμπίλᾳ, &c. Corruptus codex. Οινάρην Græci florem labruscæ vocant, non ipsam plantam. Proprie fructus rudimentum cum adhuc floret. Dioscorides libr. 5. cap. 3. & 5. οινάρην καλεῖται ὡς τῆς ἀγριας ἀμπίλου καρπὸς ὄντος αἴρην, oenanthē vitis sylvestris fructus cum floret. Idem interpres Aristophanis. Gal. libr. 8. καὶ τόπου cap. 1. οινάρην τὸ ταῦτα ἀγριας αιμπίλου εἶνος αἴσημα, σὺν τοῖς ἄγριοις, οὐδὲ οὐτὶς ἡμίρροτος οὐτοῦ λίθῳ. oenanthē vitium sylvestriū germen (fructus rudimentum intelligit) una cum floribus, ex quo succedentibus diebus uva fit. Est & humilis quædam planta quæ οινάρην vocatur, de qua libro sequenti. Hesychius, οινάρην ή ἐκφυτεις αιμπίλου, οὐ δὲ η ἔπειρος φυτός οὐτοῦ καλούμενος, primum vitis germen. alia item planta idem nomen habet. Male ή ἐκφυτεις αιμπίλου; forte, η ἐκφυτεις τῆς αιμπίλου καρπὸς ή &c. vel vox καρπός, subintelligenda. Quandoq; ipsam vitem significat, ut apud Euripidem in Phœnissis. Αιμπίλιον ταῦτα πολύναπον οινάρην ιέσου βότερον, Quæ quotidie exstillas (potum) fæcundū vitis producens botrym. Aristophanes, οινάρην φίται τὸν ιερὸν βότερον, oenanthē fert sacrā uoram. Priori significatione si sumatur, absurdia Theophrasti comparatio: si vero posteriori, ipse tautologus. Scribe, οὐτοις τῇ αιμπίλῳ τῇ ἀγριᾳ. Illud οινάρην glossatoris est, qui ad orā adscripsit; Vel scribe, τῇ οινάρῃ & dic, τῇ αιμπίλῳ τῇ ἀγριᾳ esse glossatoris. alterutrum delendum. Paulo infra scribe, οὐτοις οὐτοις η τῷ αιμπίλῳ; non, οὐτοις οὐτοις η τῷ.

*T*hū οὐτε ιχάργυρον, &c. Duæ in ignariis partes, una quæ attérerit, altera quæ attérerit. Hæc ιχάργυρον vocatur, eadem σημεῖον, quia alteri subjicitur ac subternitur. Apollonii Scholastes. πυρὰ γδὲ τῶντά φησι τὰ τερεβρούδηρα αἰλήλιοις τοῦς αἰλήλια τὸ πῦρ εὔγενον. ὃν τὸ ωρίστην πῦνον, ὃ καλεῖται σερενός. Ιχάργυρον δὲ τερεβρούσιον σημεῖον, οὐτοὶ πτερίσοντες τῷ περιστροφοῦν, id est, πυρὰ vocant cum ligna lignis teruntur, usq; ignis ex iis generetur. Horum pars altera supina, quæ vocatur strobos, altera terebro similis, quod cum terere volunt suū intorquent, ac imponunt.

*T*ὸ τερπταῖον, &c. Lignum five pars que terit. Idem in libro de igne legitur, οὐδὲ εἰς τῆς καλουμένης αἰδεργήσης τὸ ιχάργυρον οὐδὲ τούτων δάφνην. Doctissimus tamen Constantinus in Lexico pro τερπταῖον restituit τερπταῖον. δέ το οὐτε ιχάργυρον, id est, terere. Rationem dat his verbis. Nam ex hoc loco dixit Plinius: Teritur lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis facilime conceptum. Nihilque hedera præstantius quæ teratur lauro, laurumque terat. Nobis vero, pergit, non est ignota ratio, qua Indi ignem excitant, duobus lignis circa capita articulatim inter se commissis, & constrictis, tertio vero terebri & stylis forma per medium adacto, quod utraque manu terebræ modo versant & circumagunt, donec ignis eliciatur collisi & tritu, seu potius terebratione illa, aridamq; materiam circumpositam corripiat. Alia tamen Theophrasti traditio, ut differt το ιχάργυρον, δέ το τερπταῖον. Nec item moventur his Cardani verbis, quorum ansam Phisosophi dicta præbuerunt. Porro, inquit libro de rerum varietate. Ignaria fuit & ta-

bula atragenis (hederæ hæc species est) & stylo lauri arbore in terebræ morem, dum concitato motu circumagit adjecto sulphure. Est autem, pergit Constantinus, τερπταῖον (licet & τερπταῖον, legatur in opusculo & περὶ πυρᾶς) terebello, id est, τερπταῖον five τερπταῖον simile. Haec tenus Constantinus. Certè si exsiccatæ lauri ramus ramo conficitur, ac teratur superaspero sulfuris pulvere, ignis statim exiliat. Utroq; modo, & terebrando & terendo, quin ignis elici possit, nullū est dubium. Sed artagenam hederæ speciem esse, nec Theophrastus, nec Plinius tradidere, & falsū est.

*T*ὸ ποιοῦ η πισχον. Idem libro de igne. οὐ γδὲ οὐ τερπταῖον η πισχον, αἰδεργήσης τερπταῖον η πισχον. In Ald. & Bas. codice, ιψηδει τερπταῖον. Corrigunt, διορθῶσι: malum alii, οὐδὲ δι: nobis vulgata placet, ιψηδει. Sed altud secundum naturam ordinetur, collocetur, accipiatur. vel, ut Theodorus, sed ē diversis pro naturæ ratione accipientur.

*Α*γαθὰ δὲ η ηράμενον. Idem loco citato. Αγαθὰ δὲ η ηράμενον η παντον, η μάλλον εἰς τὸν ιχάργυρον. τοις δὲ ηράμενον η αχυρον (male antiquiores codices, τοις δὲ ηράμενον η αχυρον) εἰσι η πισχον πραγματεῖα, διη, η τοῦ τερπταῖον, η παντον ηράμενον. Verunt; Optima sunt & ειρανόν, potius tamen ad focum, sed præter siccitatem succum aliquem & laxitatem inesse oportet, ut attritus valeat. Dic, optima sunt ειρανόν, sed ad eam partem, quæ substernitur utilior. Præterquam enim quod arida est & sine succo, raritatem etiam babere necesse est, ut attritus efficacior esse possit. Rhamnus inquit, ad eam partem quæ attérerit utilior, quia præterquam quod arida & exsiccata sit, rariori eriam constat substantia.

*T*ὸ οὐτε τούτων η πισχεσσον, &c. Locus hic paulo melius, attamen corrupte lib. de igne legitur, Τὸ δὲ τερπταῖον αἰδεργήσης (rectius πισχεσσον) Interpres ηράμενον. διορθῶσι τὸ τερπταῖον δάφνης δὲ, προσέστητο, τὴν δελφινόπτην. Scribe, τὸ δὲ τερπταῖον η πισχεσσον ηράμενον. διορθῶσι δάφνης δάφνης δὲ, ηράμενον τὴν δρυμόπτην. Terebrum, sive id quod perforulis vicem obtinet, ad patiendum pertinacius esse debet. proinde ex lauro optimum est. nam saluum sine noxa sua etiam acrimonia agit.

*Π*άριτον δὲ τὴν πισχεσσα. Ita scribe. Idem libro de igne. αἰτητεον δὲ βιβλίον τὸ βαρετον η τυπον τὴν πισχεσσα. διότι ηράμενον ηράμενον δι τὸν πολύτονος τερπταῖον ηράμενον. Αἰτητον γάρ οὐδὲ τὸν πισχεσσον αἰτητον ηράμενον πολύτονος τερπταῖον ηράμενον συμμετείαν. Accendunt ignaria facilius aquilone quam austro, propterea quod tum sicciora, facilius & minore attritu incalescent: quo etiam nomine nec ex qualibet, sed ex certa materia comparatur, quod subesse quandā moderationē oporteat.

*Α*γάλματα. Plinius libr. 16. cap. 43. Diana Ephesiae templum è cedrinis trabibus fuisse testatur. Idem lib. 13. cap. 5. scribe. Materiæ vero ipsi æternitas, itaque & simulachra deorum ex ea facta reverunt. Cedrinus est Rome in libro Apollo Sofianus, Seleucia adiectus. Theocr. epigr. v.

*Κ*αὶ τὸ δὲ οὐδὲ οὐδέδος γλύφατον αγάλματα κιθέρων, & istud ex oderata simulachrum sculpit cedro. Virgilius Laurenti regiam descibens, in ejus vestibulo effigies avorum Latini regis è cedro fuisse canit.

*Q*uin etiam veterum effigies ex ordine avorum Antiqua ex cedro, Italique, paterque Sabinus, Vitisator, curvam servans sub imagine falcum, Saturnusque senex, Iani Bifrontis imago Vestibulo adstabant.

*Q*uarerunt cur cedrus coniferæque arbores, nec cariem nec verustatem sentiant? Causa videtur, quod omnia infecta pinguedo suffocat, cavitates lignorum, quasi bitume conglomerat, quo minus aër meatus subire & interiora corrumpere possit.

*Ι*λεῖαν. Scribe cum magno Scaligero, ιδεον. non ιδεον, ut ediderunt; Nec enim ista vox, quod sciām, Græca est.

*Ι*λεῖαν, &c. Quid id sit ignorō. Scaliger ιλεῖαν five ιλεῖαν, Nomen, inquit, inusitatum, sicut res rara, & significare ait, collectionem & retentionem. Apud Hesychium legitur. ιλεῖα, ιλεῖα, καλεῖσθαι, διεισθαι, Φιλεῖα, Δίρεια. Suspicor scriptum fuisse, οὐ διεκλούσι ιλεῖα τῆς ιλεῖας ιφυδερον. id est, quod retentionem vel carcerem Lycinæ humidum vocant, sacrificiis Hecates servandum Aruspices juvant. Idem Hesychius, ιλεῖας ιλεῖα ιλεῖα ιλεῖα, ιλεῖα ιλεῖα ιλεῖα. Idem. ιλεῖας ιλεῖα ιλεῖα ιλεῖα, παρientium Deæ. Ειλεῖον ιφυδερον, tumor humidus & mollis, qualis in gravidis cernitur; Ad harum enim exemplar, ιλεῖα dictus videtur.

*Ε*κβλαστον δὲ μαλισκα ιλεῖα. Vertunt; germen porissimum producit materies oleaginea. dic; maximè tumorem bunc, quem ιλεῖα ιφυδερον τῆς ιλεῖας vocant, producit, genera abiegnā materies. Αντὶ ιλεῖα, ιλεῖα. In abietis concretus hic humor conspicitur materia, ceterisque resiniferis. Atque hæc in Librum quintum dicenda habui. μάρω το Θεῖον δέξα ιλεῖα ιππων.

THEOPHRASTI

D E

HISTORIA PLANTARUM

LIBER SEXTVS.

KEΦ. A.

C A P. I.

*De suffruticibus, herbisque, ac frugibus: tum quæ maxima omnium generum differentia: deque
aculeatis herbis, & quod tribuli proprium: item quibus desit aculeus.*

Εἰς μὴ δὲ δένδρων καὶ θάμνων
εἴρηται τοσότερον ἐπίμυκον σῆ-
σιπειν τοῖς τε τῶν Φρυγανικῶν
καὶ πωλῶν, καὶ εἴπινες οὐ τούτοις ἐ-
περαι συμπεῖλαμβάνονται φύ-
σεις· οἷον ἡρε σιτηρά πωλῆσις ἐστί.
πειπον σῆλε λέγωμα τοῖς τῆς
Φρυγανικῆς. αὕτη γὰρ ἐγγύτε-
ρα τῶν τοσοφερομέρων Διέσι τὸ ξυλώδης εἶναι. πανταχό-
μηδὲ ἵσως αἰσι τὸ ἄγρον τοῦ ἡμέρας πλεῖστον· εἰ δὲ μή,
τοῖς τε τῶν Φρυγανικῶν ὁσίαιν. ὀλίγον γὰρ τὸ ἡμέρου
αὐτῆς. ὥστερ χεδὸν ἐν τοῖς σεΦανωτικεῖς ἐστίν. οἷον φο-
δωνιά, ιωνά, Διός αἴνθρῳ, ἀμάρασκῷ, ἡμεροκ-
λέσ. ἐπι δὲ ἔρπιλῷ, σούμβολον, ἐλένιον, ἀβρότενον.
αἱ παντα γὰρ τοῦτα ξυλώδη καὶ μικρόφυλλα. διὸ καὶ Φρυ-
γανικά. καὶ θέτι τῶν λαχανηρῶν σῆμοίσι. οἷοις, "ρό-
Φανῷ, τύρανον, καὶ σπέρματα τούτοις ἐστίν. υ-
πὲρ ὧν ἡχὴ ἱσως αἵρισθι καὶ τῶν σίκειαν πεσο-
γοράλιαν εἴπειν, δέσιν τοῖς σεΦανωμάτων καὶ λαχά-
νων ποιώμετρα μνείαν. νῦν δὲ πρῶτον τοῖς τῶν αἰγείων
λέγωματο. ἐστίν αὐλῶν εἶδος καὶ μέρη τολέων, καὶ τοῖς καθ'
ἐκατον γένει τοῖς ὅλοις εἰδεστιν, ἀ δεῖ διατερέν. με-
τασφύρωσε. γέτην δὲ ἄντες λάβοι Διαφορὰν τῶν ἄλων γενῶν, ὅπι-
+ Codex Bas. τὰ μὲν, ανάκανθαι, τὰ δὲ ακανθώδη τυγχάνει. πά-
σι Ald. καὶ λινὸν δὲ ἐν ἐκαπίσφι τέτων πολλὰ Διαφοράμι γενῶν καὶ
οὐδενικεστέρα, καὶ εἰδῶν. τοῦτον καθ' ἐκάπερε πειρατῶν εἴπειν. τῶν
ακανθικῶν δὲ, τὰ μὲν αὐτῶν εἰσιν ἀκανθα, κατέ-
τησθαις εἰ τῷ περ τὸ αστάσηγῷ καὶ σκορπίος. καὶ γὰρ ἐχκοτο Φύλ-
λων ὃδεν τοῦτο τὸ ακανθα. τὰ δὲ, Φυλλάκανθα·
καθάπερ ἀκανθῷ, τηρίγγιον, κυῆν. ταῦτα γὰρ καὶ
τὰ τοιαῦτα θέτι τῶν Φυλλῶν ἐχει τὸ ακανθα. διὸ
καὶ Φυλλάκανθα καλεῖται. τὰ δὲ καὶ τοῦτο τὸ α-
κανθα ἐπερον ἐχει Φύλλον. ὥστερ ἡ ὄνων, καὶ ὁ τείβο-
λον, καὶ ὁ "Φλεώς. δὲ δητίνες καλέστοισι. οὐ δὲ
τείβολῷ καὶ τῇ αθηκαρπίῳ. διὸ καὶ τοῦτο εἶδον περὶ
ἀπαντα αἰς εἰπεῖν. ἐπει περιάκανθαζε πολλὰ τῶν δέν-
δρων καὶ τῶν θαμνωδῶν ἐστίν. οἷον, ἀχερίς, ῥόα, πα-
νθειρ ὁ τεί-
λιχρῷ, βάτῳ, φωδωνία, καππαρες. οὐ μὴ τοῖς
τείβολον, αθηκαρπίας ταῦτας ἀντεις αἰς εἰπεῖν τύπῳ λάβοι τὰς
οὐ τείβολος Διαφοράς. οὐ δὲ τοῖς ανακάνθαις σόκειν ὅλως Δια-
φοράς αἰκε-
λαβεῖν τοῖς γένεσιν. ἡ γὰρ τῶν Φυλλῶν ἀγνωμαλία, με-
γάρηστοι εἰσι.
ἰκαὶ γὰρ ἀ-
γένεια καὶ μικρότητα καὶ ἀχύμασιν, ἀπιει, καὶ αὐτο-
κινοις εἰ τῷ Φήσι αἰλαὶ διέπειρασθε κατ' ἄλλον τρόπον Διαφορέν.
αθηκαρπία.
φίων.
ταπειρεια.
μεγάλας "οἷον κιασδή, μηλωθρον, ἐρυθεδανόν, τη ση-

DE Arboribus atque fructibus dictum jam est. Nunc ut de suffruticibus, & herbis doceamus, consequitur : & si qua in hisce alia genera comprehenduntur, illa quoque adnotemus oportet ; ut fruges. Nam haec quoque inter herbas deputari desiderant. Sed primum verba de suffruticibus faciamus: id enim genus proprius ad praedita accedit : quod nimurum "surculosum affurgat." *lignosum.* In omnibus, forte plantarum generibus, sylvestre semper urbano copiosius est, vel si id minus ceteris constet. In natura quidem suffruticum ita proculdubio esse, fateri convenit. Pars enim exigua hoc in genere urbana notatur, quae coronariis pene consumetur : † ut rosa, viola, Iovis flos, † sampfucum, elium : item † *rodonia.* serpyllum, sisymbrium, helenium, abrotanum. Haec † *sampfychu-* enim omnia "surculosa", minutisque condita foliis *hemerocau-* constant, † fruticesque proinde redduntur. Item *lignosa.* etiam in olerum genere simili ratione sentitur. Ex- † *suffruti-* empli gratia, † radix, ruta, quæque similia. De *ces.* quibus haud minus forte secundum propriam appellati- *brassica.* onem dixisse conveniet, cum mentionem corona- mentorum atque olerum faciemus. Nunc de sylve- stribus primum dicendum est. Horum igitur species partesque plures, cum singulis generibus, tum totis speciebus existunt, quas utique discernamus oportet. *de quorum* Sed maximam cunctorum generum acceperis diffe- *utriusque di-* rentiam, quod alia sine aculeo, alia aculeata. Et rur- *cendum est.* sum in eorum utroq; permulta generum specierum- † *asparagus* que discrimina constant, "de quibus jam referre ten- *& scorpio.* tandum est. Ergo aculeatorum alia ex toto aculei- † *præter sp-* sunt ; † ceu corruda, & nepa : haec enim nullum *nam aliud* habet foliū, juxta aculeum folium gerunt. Alia foliis constant *ut ononi,* & aculeatis, ut acanum, eringium, cneum : haec enim *pheos*, quod atque similia in foliis aculeum gerunt, quamobrem nonnulli foliis aculeigera dixeris. *Quædam* etiam juxta fo- *stoeben ap-* lium aculeatum, altero quoque folio conduntur: ut o- *pellat*, *quæ-* nonis, tribulus, phleus, quam nonnulli stoebam appelle- *dam preter* tant. Tribulus vel semine aculeigetum est : "habet foliū *bispila-* enim in semine aculeum. Qua de causa, id quoque *dum, caulem* proprium ei (ut sic loquar) præ omnibus licet utiq; adnotare. Nam in ramis quidem quæ aculeum gerant, vel inter arbores fruticesque multa reperi possis: ut pirum sylvestrem, malum punicam, palium, rubum, † rosam, capparim. Haec in aculeatorum in *involucro* genere discrimina invenies : quatenus ea obiter dici *spinofo est.* potuerunt. At eorum, quibus aculeus deest, digestio nulla penitus generatim fieri potest. Quippe cum fo- *habet enim* spinas in pe- liorum diversitas, amplitudine, parvitate, figuraque, † *rodoniam.*

^{σφακής}
Ald. Bas.
τινίφων
Codex Bas.
in marg.
Scal.

ρέα, κνέαρον, ὀχρίσαν, θύμερος. "σφάκελος, ἐλευθερόφακτος, περσίστον, κένυζα, μελισθόφυλλον. ἔπεργη τοιαῦτα, καὶ τὰ τούτους ὄμοια. ἐπὶ τὰ ναρθυκάδη καὶ νευρόκανθα. καθάπερ μάραχθρον, ἰωπαρχαχθρον, ναρθυκία, νάρθηξ, καὶ τὸ καλύμματον τοῦ πυρών μυρόφων, καὶ τοῦ ὄπων ὄμοια τούταις. ἀπαντά γαρ αὐτὶς καὶ ταῦτα καὶ ὅλας ἐπὶ ναρθυκάδες εἰσὶ, τῆς Φρυγανικῆς Φύσεως θεῖα. εἴδη δὲ καὶ Διαφοραὶ καθ' ἕκαστον τῶν εἴρηται μέρων εἰσὶ· τῶν μὲν Φανερώπεραι, τῶν δὲ, αἴφαντες.

ex singulis hisce indicatis habentur, aliis evidenter, aliis occultiora.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Διὰ τὸ ξυλώδεις εἶναι. Est proportio fruticum ad arbores in natura lignea, que utriusque communis est. Incircico de his prius, quam de herbis. Hoc ex Theodori interpretatione non potes agnoscere, qui interpretatur surculum. At non pauci surculi non sunt lignosi. Omne quod è terra surgit surrectum, surculus est, etiam in herbaceis: quare milium quoque nigrum, surgum est dictum.

Rhabanon hic interpretatus est, radicem. ῥαφαῖς tamen frequentius dicitur à Theophrasto. ῥαφαῖς autem Brasifca. Vtrunque à Plinio, ut supra ostendimus.

Καθ' εἰρήτης. De quorum utrisque dicendum est. Theodorus omisit.

Τὰ δὲ καὶ στρῶτα πλὴν απαγγεῖται τὸ φύλλον. Theodorus, Alia justa, folium aculeatum, altero quoque conduntur folio. Quia dixit, ἐπεργητὴ φυλλόν. Si alterum folium, ergo duo. Ceterum hoc nequaquam verum est. Ononis enim à sarmenitis edit aculeos satis longos, ac teretes, qui foliolis vestiuntur, neque aliusmodi folium habet. Quare στρῶτα εἰναι, non debuit interpretari, folium aculeatum. Quid autem hic agat ἐπεργητή, videndum.

IOANNIS BODÆI A STAPEL

AΜάργαρος.] Theodorus sampsuchum interpretatur, Aquod Plinius lib. 21. cap. 11. scribat. Amaricum Diocles Medicus & Sicula gens appellavere quod Ægyptus & Syria Sampsuchum. Nicandri Scholiafest ad hunc in Therica versum.

— Μάλα δὲ αὐτὴν καὶ ἀμάραγκον εἴη.

qualem Senensis Doctor ostendit, vidimus; descriptis Clusius; cuius auctoritas rejici nec debet, nec potest. II. Cistus mas folio oblongo incano; flos colore rubro est, eq; nunc saturatiore, nunc dilutiore. III. Cistus mas angustifolius. IV. Cistus mas folio breviore. V. Cistus mas foliis chamædryos; sive cistus mas sapinus sinuatis & fimbriatis foliis: Cysti foemina observarunt genera XII. I. Cistus foemina, foliis salvia. Qui variat: est n. elatior & rectis virgis; est & humili sparsus: in utroq; flos albus, quandoque luteus, ochræ colore. II. Cistus foemina folio plantaginis; maiorem & minorem Lugdunensis pingit. III. Cistis foemina portulacæ marinæ folio, latoiore, obtusiore. IV. Cistis foemina portulacæ marinæ folio, angustiore, mucronato. V. Cistus folio spicæ sive lavendulae. VI. Cistus folio sampuncti incano. VII. Cistus folio fractochados citrinae. VIII. Cistus folio majoranae; defluxis floribus. IX. Cistus folio thymi. X. Cistus folio salicis, qui variat, foliis amplioribus, floribus majoribus, aut foliis angustioribus, floribus minoribus. XI. Cistus flore pallido, punicante macula insignito. Et hic variat. Est enim flore maculoso, macula ex nigro rufescente, sive puniceo, vel non inaculoso: ut eq; annuis, utr. XI. Cistus ledi folio.

Τὸ εἰτε φύλακα, &c.] Dioctordes nullam in foliis agnoscit differentiam libr. I. cap. 127. Κισός δι τοιούτου κισός εγού κιλούσι. Κισός εἰτε, το περιστατικόν τοπικόν φυλάρης, πολύκλαδης, φυλλώδης, οὐχ οὐφλός, φύλλα τελεφύλλη, μιλανά, διοτία. Cistus, quam nonnulli cistharon aut cissaron vocant, frutex est, petrosis locis nascens, multos emittens ramulos, foliosus, improcerus, foliis rotundis, nigris, hirsutis. Pro φυλλώδεις Catracur, codex haber, Συλλόδη lignosus; quam lectiōnem probat Sératio, vel eius Interpres. Improcerus. Plinius libro vigesimo quarto capite decimo, Græci, vicino vocabulo, ciston appellant fruticē majorem thymo. Utinam ubiq; inter κισός, hederam, & κισός cistū distinxisset, nec utriusque historiam confudisset. Majorem cum ait thymo, verum dicit: maghitudine n. thymuti multū, vincit ac superat, Dioscorides folia inquit esse κισός; id est, rotunda, circinata rotunditatis. Plinius ocymo comparat. Folii, inquit loco citato, ocimi. Ocimo foliola quoddammodo tantum rotunda. Sed foliis admodum variat cistus. Pro, μιλανά, in antiquo etiam & vulgato codice, σπυριά legitur. Quæ lectio auctoritate Oribasii munitur. Acerba folia cisti esse, comprobat gustus; habet vires adstringendi, & roborandi.

Καὶ τὸ εἰτε.] Dioscorides loco citato, "Αἰθαλέης, εἰτε ποιας, εἰτε τὸ θεραπεύοντος λόγον. Flores masculo, veluti mali punicea, foemine albi. Plinius loco citato. Duo ejus genera, flos masculo rosaceus, foemine albus. Illud rosaceus intelligi debet

gi debet de colorē opponitur enim albo. Rosaceus color non mulrum à punico colore differt. imo idem fermè est.

non multum a punico colore differt, immo idem ferme est.
Tess. *άγριος*. Deest vox. Theodorus addidit, legitque
τοις αγριοις πόδισ. Recte. Plinius lib. 21. cap. 9. ubi hederam
cum cisto confundit: *Urticaria & ferulis & corymbis hede-
ra flore purpureo, & in alio genere earum sylvestribus rosis simili.* *& in iis quoque color tantum delectat, odor autem ab-*
est. Scribit Coronarios, ferulis uti, & hederæ corymbis,
qui florem purpureum habent, (qui ne in toro quidem
orbe Christiano reperiuntur) & alio genere sylvestribus
rosis simili, verum sine odore. Ex quibus colligo, Theo-
phrastum scripsisse, *αγριοις ου ποιαι τοις αγριοις πόδισ*, ad hoc in-
τελεσθεντας. Sic scripsisse Theophrastum, *cistumque*
hibere florem roseum similem, testantur Latini, qui cistum
appellarunt rotam caninam, & sylvaticam. Scribonius
Largus cap. 85. *ιππονίδης* (an scribendum *ιππονίδης*) qui
est succus roseæ sylvaticæ, quam caninam quidam vocant.
Theocritus cistum florē roseum habere testatur Eydi. 1.

Ταῖς οὐ ἐμαῖς αἴσοι περέστι μὴν οὐ μελίτεσσι
Φερόντων, πολλὸς γάρ τις ρύθμα κινέσθαι πάντας.

Ovibus vero meis adestrapiastrum
Ad pascendum, & sicut rose copiosa hedera effloret.

Sic vertunt ; sed nullum hederæ genus est, quo ad formam vel colorem flore roseo: cistus roseum fert florem. Interpres cistum cum ladano confundit , aliosq; in historia cisti turpes committit errores. Sic ait, Κισις εστι ειδος βοσκαντος αγριου δους ιοικινης ποδαριος. εστι επειγος ολιος ποδαρικος γενος φρεσκης μερις λογου. Επι ολιοι αυτη την θεμανων γυλικαδες αειθος απεισιμοι. Σει τη γηιαν οι πειραιων εις την πατριαν πηγεσται. Cistus plan-
te spinosa similis, rose genus. in aliis codibus uno vocabulo
ποδαρικος scribitur. Frutex est florem emittens dulcem : co-
agulatur circa genicula & barbas bircorum. Postremum de
ladano tradunt Dioscorides, Galenus, Rufus, ut mox o-
stendam. Nullam spinam fert cistus. Spinosam vocat, quia
Poëta, οι γειδα dixit , qui non toram plantam rose comparat, ut imaginatus est Scholiaстes, sed florem rose similem ait, idque colore & forma. Rose ergo non stipite,
vel, ut aliis forte magis placet, caule similis, sed flore.
Uterque cistis mas & foemina fruere est lignosus, multis
alis ramosus, humili, nec admodum procerus, & virgines
tenuibus. Foliis admodum variat; huic rotunda, alteri ob-
longa, tertio lata, omnium aliquantulum rugosa & lanu-

Cistus Mas.



ginosa; propemodum subalbicania. Flores in summo
virgularum, veluti paryæ sylvestres rosæ; fugaces tamen
et cito pereuentes, colore, masculo quidem, in cœruleo pe-
nè subrubentes, aut purpurei; foemellæ vero candidi: ca-
pitula inde rotundiscula, in quibus semen innumerum na-

Cistus Fœmina.



paveri non dissimile; radices lignosæ, fistæ, & in diversa tendentes. Nascitur cistus in Italia, Hispania, Gallia, ac pro soli cæliq; ratione admodum variat. Alibi enim candidioribus mollioribusque foliis, in alijs minus candidis, minus pilosis; in honnullis crebrioribus, in alijs rarioribus, idem de longitudine, ac latitudine dicere licet. In ealdiis regionibus Majo Apriliq; mensibus floret, semen Augusto & Septembri maturum est; apud nos altero à satione anno, Junio, Iulioque floret, & adversus hyemem diligenter muniri deberet. Gignitur subinde sub ipso fructice ad radices limodoro quid simile, hypocistin vocant, quod veteribus etiam notum. Dioscorides libr. I. cap. 127. Φύεται ἡ φρέσκη ταῖς εἰδίξας πολλάκις ἡ λεγεόμενη πατούσατος, τοῦ καὶ ποτέ προτότοκον, καὶ κυπίνον καὶ σουσίν, ὄμοιος τῷ τυκτίνῳ ποιεῖ. Καὶ τὸ μὲν αὐτὸν κύριον τὸ δὲ κλαδεόν, τὸ δὲ λαόν, ὅπερ χωλεύεται αὐτῷ τὸν αὐτοτικόν εἰσι οὐρανούσι, αὐτοῖς, Εἰ λαόντες βασιχεύοντες Εἰ πύροις, καὶ τὰ αἷδα ποιοῦνται ὡς ἐπὶ τῷ λακοῖον. Cisti radicibus adnascitur quidam malii punice cytino simile, quod hypocistis dicuntur, & nonnullis vero robethrum aut cytinus appellatur. Horum aliud fulvum, alterum virens, terrum candidum cernit. Ex ea succus ac acie modo exprimitur, aliqui tamen ipsam arefactam contusong; macerant, & decoquunt, reliquias ut in lycio prestant. Hypocistis cur dicatur, docet Plinius lib. 26. cap. 8. Hypocistis — nascitur, ut diximus sub cistro, unde nomen. Objicit quis, etiam sub ledo nasci in Gallo-Provincia. Sed facilis responso, ipsum sedum cisthi genus est. Ποτέ πονονοματεῖν vocari scribitur Dioscorides, ut in vulgaris habetur codicibus; in Aldino ποτέ πονονοματεῖν, in P. Ποτέ πονονοματεῖν, Plinius orobathron legit. Quæ lectio legitima fit haereo; in re Incerta nihil certi maruens. Οὐαῖος ποτέ πονονοματεῖν. Plinius vertit, hypocistis orobathron quibusdam dicta, malo granato immaturo similis. Quid cytinus sit, cap. de malo punica documentum. Male malum granatum immaturum vertit Plinius: nullam enim hypocistis cum malo punice immaturo similitudinem habet. Verum cytimum, qualiter lib. 1. exhibemus, oprime referit. Contendunt nonnulli hypocistida à cytino differre, ac quidē cytino vocari id, quod ad radices cisti subadnascitur; succū vero ab ipso expellit, hypocistida appellati. Horum sententiae faverit Faginera lib. 7. Υποκίτης χυλός εἴτε ποτέ πονονοματεῖν, ήτοι ταῖς εἰδίξας καὶ ποτέ πονονοματεῖν. Εἰ κινδύνον πλανεύεται, εἰσὶ κοτίαι ιδεῖσιν οἰκτοι θεραπεύονται εἰς αποτέλεσμα τῆς φυσικῆς ηὐθείας Εἰ ποτέ πονονοματεῖν τῇ ξυργείᾳ Εἰ ποτέ πονονοματεῖν τῇ φυσικῇ Εἰ ποτέ πονονοματεῖν.

pocistis eorum quæ ad radices cisti. Et cistari appellati sub-
nascuntur, nempe cytinorum; succus est medicamentum ad
omnes fluidos affectus efficacissimum, ut quod particulas sic-
cet, roboretque. Fallitur Scribonius, cum Hypocistum suc-
cum rosæ sylvaticæ esse scribit. Non est ipsis rosæ suc-
cus, sed ejus quod ad radices subadnascitur ~~ταχισίδη~~; qui est succus rosæ sylvaticæ, quam caninam quidam vo-
cant. Ignoravit quid esset ~~ταχισίδη~~ lexici Iatrici veteris
auctor. ~~Ταχισίδη, ιτι εἴδης αἴθους, ὁ γίνεται μέσος τῶν χαμαε-~~
~~κιστῶν.~~ Fallum omnino hypocistida floris genus esse, nec
chamæcistaris adnascitur; sive chamæcistaron hederam
exponas terrestrem, sive cistum humilem, quem chamæ-
cistum vocamus, perinde est; sub neuro nascitur. Ce-
terum quæ Dioscorides de hypocistidos confectione tra-
dit, hic de ladaeo refert. De hoc errore paulo infra. A
vero etiam discedunt, qui hypocistida fungū existimant,

Cistus mas cum Hypocistide.



Neutiquam fungis est, sed veluti germen quod ex cisti pellulat radiculis. Limodori quoddam genus videtur; crassum est, pingue, carnosum, succi plenum, ex multis veluti hyoschiami utriculis, aut mali punicæ cytinis totum constans. Hujus tria genera Dioscorides ait reperiri, rufum, herbaceum, candidum. Duo tantū genera agnoscit Plinius, loco citato. *Duo genera ejus candida & ruffa.* Tā ξασέω̄ videtur textui à quoipiam additū. Nec Plinius, nec Oribasius viridis hypocistidos meminerūt. Unde quæ recentiores observarunt addam. Sub cisto mare primo Clusi nascitur hypocistis, quam his ferè verbis lib. I. histor. cap. 48. delineat. *Ad hujus radices, quæ summis cespitis diffunduntur & coherent, copiose nascitur; elegantissima omnium quas unquā viderim, hypocistis, novo vere, cum cistis jam ad explicandos flores se parat.* Nam quando primū è terra emergit, purpureum, sive Kermesinum sericu esse diceret: deinde paulatim assurgens, & se se explicans, multum de pristini coloris eleganter remittit, & cytinos suos profert candidantes, turgidos & lento succo plenos: qui à peritis pharmacopæis densatur & in usum ad servatur. Nasci & ad cisti halimi folio radices hypocistum, idem observavit, omnino luteo, sive ochræ colore, ipsius plantæ florem referentē, & Ianuario repperit menfe; Item ad ledi Narbonensis radices nasci hypocistū observavit, quā loc. cit. describit: *Ad hujus radices genus illud aīquidē sive cynomorii, hypocistis nuncupatum, adnatum inventebam, multis veluti squamis, ut quod in aliorum cisti generum radicibus crescit compactum, pallescentis coloris, quibusdam tamē līneis purpurascitibus, & nonnihil virescentibus distineti, cytinos suos summa parte proferens, lento & glutinoso succo totum prægnans.* Ex his concludo, Saracetum non inepte

Ita viri magni, qui orientales regiones adierunt. Non colligitur, inquit, è ledo, ut veteres existimarent, sed alia arbuscula cisto nuncupata, cuius tanta est abundantia, ut ejus regionis (Cretensis) montes isto vestiantur. Non negat Dioscorides fruticem, è quo Cretenses ladanum colligunt, cistum vocari; sed alium inquit esse cistum, diversum ab illo ex quo hypocistus colligitur; eundem ledon vocari, ac cisti genus esse; tantum ab eo differre, quod longioribus sit foliis & nigrioribus, quæ verno tempore pingue quiddam trahunt, quod cistus, ad cuius radices nascitur hypocistus, non facit. Ledorum utrum ἀνδρῶν, an τοῦ ἀνδρὸς scribendum, nemo facile dixerit. Apud Ἀγινετam scribitur; λαδων δὲ τοῦ κυριοῦ τοῦ λαδεων, pro quo λαδων, vel λαδων, legendum videtur. Hesychius λαδων — τοῦ δέος τοῦ βασιλέως λαδων. Corruptus est codex, vel λαδων vel λαδων scribe. Λαδων vel λαδων dicitur, quod folia ejus neque lavia, neq; nitida sunt, sed scabra & panno. Λαδων enim vestis ex panno raro ac detrito; Hesychius λαδων τελείων εὐπλάσιος. Vel dicitur potius, λαδων, quod caprae & hirci pinguedinem ejus deprædentur, ac diripient; nisi placeat ab Arabibus nomine ladi impositum, pro quo Graeci λαδων. Herodotus, scriptor antiquissimus, τὸ ἄλιθον τὸ Ἀργεῖον καλεῖν λαδων, at ladanum, quod Arabes ladanum vocant. Τρύπη τῷ αὐτῷ φυλάρῳ τῷ κιτρῷ. Frutex eodem quo cistus modo nascens. Hoc Alpino, viro summo, non placet, cum eum lib. de Plantis Ἀgypti c. ult. describit; Ex qua ladanum Cretenses colligunt, quā plane differentē ab ei quā bactenus omnes prodidere, inspexi. Hec si quid cisto sœnina persimilis est; foliis tamē cisti longioribus prædicta, salviæq; proximis. Flores fert sylvestrib; rosis omnino similes, qui roseo etiam colore, quippe communium florarum suffici spectantur. Quæ planta florum tantum multitudine à cisto fœmina differre videtur, deceptusque fuit Mathiolus, Dioscoride dicente, ladanum (ladanum scribit Alpinus) esse cisti (cysti idem) genus longioribus foliis, nigrioribusque referrum. Quæ nota in cisto, ex quo Cretenses ladanum colligunt, utique omnes observarentur, quando haec planta omnino cisto sœnina sit similis, cum iisdem foliis floribusque spectetur, eti majoribus. Eandem hanc plantam lib. I. de plantis exoticis describit cap. 40. Quo loco non addidit, florum tantum multitudine & foliorum differentia à cisto fœmina differre. Secus enim se res habet. Cisto fœminæ flos albus vel luteus; huic roseus, purpureusque, qualis solet cisto esse mari. Describit ladanum Cretense Alpinus his fere verbis. In Creta insula nascitur ubiq; locorum fere cistus ladaniferus, ex quo Cretenses ladanum colligunt, tantopere usui, & medicinæ, & odoratorum sufficuum cognitum. Hæc planta fruticat ab una radice multis ramis, longis, lignosis, duris, ad cubitalem ac etiam ampliorem altitudinem, cisti maris foliis, sed longioribus, salviæ proximis, ramis æqualibus spatiis adhærentibus, plerumq; ex opposito binis, aut pluribus, etiam ab uno exortu prodeuntibus, odoratis, atq; per æltatem manibus ex quadam lento humore maxime adhærentibus. Flores vero in caulicularum cacumine exeunt purpurei, cisti florib. per quam similes, sed majores tamen, à quib. si liqui parvæ, rotundæ, oblongæ, involucro rotundo continetur, colore nigrescentes, minuta semina nigra continent. Tota planta est odorata, adstringens, cum humiditate viscida, odorata, præsertim foliis inhærens verno tempore. Ex quo patet Cretenses ex hac planta ladanum colligere; non autem ex illa, quam Andreas Mathiolus; & alii pro ladano reperirent; quæ planta habet folia longa, tenuia, in acutum desinentia, foliis salicis quodammodo similia, cui etiæ plantæ quodam anni tempore, humorem lentum, odoratum inhærente, multi ex recentioribus observasse, tradiderunt; nos vero complures plantas ex iis, quæ cisti ledi genere comprehendendi herbari voluerunt, in variis locis vidimus, cuiusvis viscidæ humiditatibus expertes. Quo cognovimus, eam plantam minime esse cestum ledum Dioscoridis, at hanc nostram quam descripsimus. Cujus opinionis fuisse quoque visus est Petrus Bellonius, qui cum in Creta insula plantas perlustrasset, fassus est, non ex vulgari cisto ledo ladanum colligi, sed ex alia planta cisto nominata. Ita n. de ea scripsit, lib. I. Itin. obs. c. 17. Non colligitur (ladanum) è ledo, ut veteres existimarent, sed ex alia arbuscula cisto nuncupata, cuius tanta est abundantia, ut ejus regionis montes isto vestiantur. Natura ea est, ut deflorentibus floribus vernis, abjectisque hybernis foliis, novis frondibus amiciatur, quasi lanagine pubescentibus in proximam æstatem, quæ per solis æstus, uliginoso quodam rore pingue sunt, quoq; ardentes sunt calores, tanto abundantior ille ros foliis innascitur. Quare colligimus plantam ex qua ladanum col-

ligitur, non esse cistum ledum, sed hanc quam descripsimus, quam multos annos Paravii in fictilibus conservavimus, atque etiam nunc alimus. Quo tempore etiam in quo eam insulam perlustravimus, hanc ipsam stirpem ladanum esse à Cretensibus accepimus, atque ab ea in-

Cistus ledum Cretense.



digenas ladanum colligere. Addimus totam plantam esse odoratam, & post vernos calores humiditate illa viscida, odorataque refertissimam. Demum confirmari hanc nostram opinionem vel ex eo posse credimus, quod aperte Dioscorides, ubi expresserat cistum marem habere folia rotunda, de cisto ledo ita subjunxit in I. de Mat. Med. cap. 130. Est & alterum cisti genus, ledum à nonnullis appellatum, frutex simili modo nascens, longioribus foliis & nigrioribus, quæ verno tempore quiddam contrahunt pingue. Quibus recentiorum nonnullos deceptos fuisse, haud leviter suspicatus sum; ex quo Dioscorides dixerit, ledum habere folia cisto longiora, ipsis persuasum fuit, eam plantam cisti ledi vocatam ab ipsis, esse cistum ledum. Qui sane neq; parum hallucinati fuerunt, quoniam ledum ab ipsis vocatum habet folia tenuia, longa, nullatenus figura cum cisti foliis, quæ Dioscorides inquit esse rotunda, convenientia. Unde Dioscoridem per cistum ledum intellexisse plantam credimus in aliis à cisto differenti, quam quod habeat folia cisti, sed longiora quidē, quæ verno tempore humido pingue odorato infaciuntur, ex quibus ladanum colligunt. Nos cisti plantam ledo vidimus prope Clodian civitatem in agro iuxta Brundulum, & foliis & floribus purpureis, totoque frutice simillimam; hoc excepto, quod nullo tempore ipsius folia habent pingue, odoratamque humiditatem. Modum quo Cretenses ex hac planta colligunt ladanum inter pigmenta odoris causa maxime experitum, & commodatum, & Dioscorides docuit, & ex recentiorib. Petrus Bellonius in primo libro suarū Itineriarū. Observationū. Folia ledi efficiaciter adstringunt, siccant, quo ad sanguinis profluviū, & sputum cruentum, arque ad alias immoratas fluxiones, evacuationesque cohibendas laudantur. Ladanum vero quod ex ea planta colligunt optimum est, odoratum, subviride, facile mollescens, pingue, quod arenas non colligit, nec squalore obtum est, resinosum, natura ei spissandi, ex Dioscoride calefaciendi, emolliendi. Galenus scribit hanc cisti plantam,

" plantam à regione in qua nascitur eximiam, peculiaria-
" remque digerentem caliditatem nactam fuisse, lada-
" num vero calidum ad secundum fere gradum esse, &
" habere paululum adstrictionis, esseque tenuis substan-
" tiæ, moderate emolliens, acriterque digerens & con-
" coctorium. Defluentes capillos retinet, si cum vino il-
" linatur cutis, aut simul cum myrrha & oleo myrtino, ex
" mulso dissolutum instillatur in aures, ad tollendum acu-
" tum dolorem utilissime: idem facit & cum rosaceo dis-
" solutum; ex vino vero cicatrices emendat. Suffit in e-
" nixis, secundas educit. Inditum autem pessis uteri du-
" ritiem emollit: alvum fistit cum vino antiquo sumnum;
" & urinam movet; usum non minus habet ad unguenta
" odoratiora paranda. Hactenus Alpinus. Probabile ad-
" modum, hanc plantam verum ledum esse, ex qua ladanum colligitur. Recentiores plura ledi observarunt gene-
" tra. I Cistus ledon Monspeliensis, quem non aliud puto

Cistus ledon Narbonnense
cum hypocistide.



cistum, quam quintum Clusii, qui ad radices hypocistum profert. Hic quintus à Clusio his fere verbis describitur; Quintum genus multis ramis fruticat, cubito longioribus, duris, lignosis, nigricantibus, oblongis oleo & foliis, angustioribus, fuscis, pinguibus, & lento humore consperatis, quemadmodum & novelli ramuli: flos albus, omniferrè minimus, longa & angulosa capitula, in quibus semen, ex rufo nigricans, exiguum. Ad hujus radices hypocistus nascitur, qualem supra descripsi. Nihil isto ledi genere vulgarius tuto Valentino regno, & Narbonnensi Galia; ubi aliud genus ledi non repertitur. unde nomen Monspeliensis ledi accepit. Aliorum alia sententia, qui hoc ledum diversum, à Monspeliensi scribunt. II. Cistus ledum Hispanicum incanum, sive primum Clusii. Hoc Clusius his verbis describit; Primum ledum fruticat ad hominis altitudinem, quam etiam interdum superat, ramis frequentibus, lignosis, duris, nigris: folia, quemadmodum & rami, ex adverso sita sunt, oblonga, transversum digitum quandoque lata, nonnunquam etiam latiora, superne ex viridi nigricantia, inferne candidantia, que cum tenellis ramis pinguis quodam odorato, calido, & transparente liquore adeo copiose aspersa sunt, ut procul etiam ex splendore conspici & agnosci possit, odor autem octava miliaris Germanici parte naribus percipi. Flore est inter reliqua cisti genera & pulcherrimo & amplissimo, magnè rosea instar, simplici, quinque foliorum textura, omnino interdum albo, sed cuius singula folia circa unguem ex purpura nigricante macula rhomboide, nunc majore, modo minore & angustiore, ut plurimum infecta sunt, floris umbilico multis crecere si-

bris pleno, ut in aliis cisti generibus; capitula in longis pediculis foliisque suis denudatis, omnium maxima, rotunda fere & plana, non mucronata, & sope numero decagona, dura interius flavescentia, quibus debiscentibus, semen decidit copiosum, subrufum, omnium munitissimum. Tota planta, dum ressecata est, quandam candorem contrahit; pingue tamen illum suum lentorem & suavem odorem non amittit, sed cum retinet, ad multos etiam annos. Crescit hoc genus multis Hispanie & Lusitania locis frequentissime, pistoribus ad calefacientes fornaces, & tenuioris fortune hominibus struendo igni serviens. Hoc genus descripsi, quod non multo negotio colligi ex eo possit, purissimum ladanum. III. Cistus ledon foliis laurini. IV. Cistus ledon foliis populi nigrae major. V. Cistus ledon foliis populi nigrae minor. VI. Cistus ledon Cretense, sive ledum tertium Cyprium Clusii. Qui hoc genus idem esse cum Creteni Alpini existimat, falluntur: quam & ipse fovi sententiam, antequam Libellum de exoticis Alpini plantis videre mihi licuit. Id his verbis describit Clusius; Terrum in Hispaniis non observavi; sed semine ex Italia missa Cypri ledi nomine, nobis & plerisque aliis Belgis rei herbariae studio sece oblectantibus natum est cubitali, interdum maiore altitudine, fruticosum, nigricantibus ramis, carnosis foliis, & praesatura viriditate nigricantibus, mediae inter primi & secundi generis folia magnitudinis, brevioribus tamen, & rhomboidis quodammodo figure, que cum novellis ramis lento & roscido humore obfita sunt; non adeo tamè abundantati & denso, neque etiam adeo odorato, ut in primo genere: Flos est albus, secundo generi similis, semen etiam exile, nigricans in rotundis capitulis. VII. Cistus ledon folio myrti. VIII. Cistus ledon hirsutum. IX. Cistus ledon foliis oleæ, sed angustioribus. Narbonnense supra descriptum. X. Cistus ledon angustifoliis. XI. Cistus ledon foliis rosmarinii hispidis. XII. Cistus ledon foliis rosmarinii, subtrus incanis. XIII. Cistus ledon foliis rosmarinii, sed non incanis. XIV. Cistus ledon foliis Thymi. XV. Cistus ledon foliis rosmarinii ferrugineis, quod alii rosmarinum sylvestre vocant. XVI. Cistus ledon foliis salicis angustifoliae; alli rectius rosmarinum sylvestre ~~etiam~~ vocant. XVII. Myrtocistus Pennæi. Postrema genera ad ledi classem referri vix possunt, uti & quod ledum alpinum hirsutum, & ledum alpinum foliis ferræ rubigine nigricantibus, vocant. Et haec ledi genera: Revertor ad Dioscoridem. *Kαὶ τὸ πέπλον ἀπόστρωμα*, ait. Maleverò audit, quod scriperit verno tempore folia ledi tefinosum quiddam contrahere. Sed quibus armis adversus Dioscoridem pugnant? Dicunt, Petrus Bellonius *εἰς ἄλλας, in mediis æstatibus & caniculariis dierum ardentiſsimis fervoribus id fieri tradit*. Bellonio oppono Alpinum, non minus testem oculatum; qui & ipse satis clare ait verno tempore contrahi pingue illud resinosum. Sed nec illa inter Dioscoridem, Alpinum, & Bellonium diffensio. Quod vel ex his Bellonii appetat verbis: *Natura et est, ut defluentibus floribus vernis, abjectisque hibernis foliis, novis frondibus amiciatur, quasi lanuginé pubescentibus in proximam æstatem, quæ per solis æstum uliginoso quiddam rore pingueſcant. quoque ardenterores sunt calores, tanto abundantior ille ros foliis innascitur*. Vult Bellonius, quum verno tempore vetera exuit folia, nova succedere, que quo folis æstus major, eo pinguiora. Quod non est contra Dioscoridem. Hic tradit, folia ledi, quando ver est, acquirere pinguedinem, quæ (quod tamen non exprimit) copiosissime in ea reperitur, quando solis æstus maximus est. Quod vel in fine veris, vel æstatis initio esse potest, quando dies longissimi. Non infestantur ventis borealibus insulæ maris Mediteranei, circa festum Divi Ioannis, iti Batavorum terra; apud quos sæpe anni illud tempus frigidum, non raro grando, nonnunquam, verum rarius, nix cadit; que tamen statim solis vi liquefit. Nihil de canicularibus diebus Bellonius. quo tempore nec nos negamus, in iis insulis ardorem æstumq; esse vehementissimum. Pergit Dioscorides, *γινήται τοῦ αὐτοῦ*. Duos Ladani colligendi modos tradit Dioscorides, & utrumq; Plinius libr. 12. cap. 17. ubi turpiter ladani hederaeque confundit historiam. Nec solus hoc facit Plinius, sed etiam Græci recentiores, ut supra probavi, & Arabes. De Avicenna notum est, eum cistum cum hedera confundere, & ladanum ex hedera facere. Volum *εὐονεία* adeo turbavit Arabes, Plinium, & ex Græcis nonnullos, ut passim ex hedera ladanum colligi traxiderint. Arabes mitto de ladani collectione haec Plinius lib. 12. cap. 17. *Arabia etiamnum & ladano gloriatur, forte casuque hoc, & injuria aeris odoris, plures tradidere. Capras*

maleficum alias frondibus animal, odoratorum vero fruticum appetentius, tanquam intelligane pretia, carpere germinum caules, prædulci liquore turgentem, distillantemque ab his (casus mixtura) succum improbo barbarum villo abstergere. Hunc glomerari pulvere, incoqui sole; & ideo in ladanum carparum pilos esse. Sed hoc non alibi fieri, quam in Nabateis, qui sunt ex Arabiæ contermini Syriæ. Recentiores ex auctoribus strobon hoc vocant, traduntque sylvas Arabum pastu caprarum infringi, atque ita succum villis inhaerescere: verum autem ladanum Cypri insulae esse: ut obiter queque genera odorum dicantur, quamvis non terrarum ordine. Similiter hoc ibi fieri tradunt, & esse asyrum hircorum barbis genibusque villosis inherens, sed edera flore de roso, pastibus matutinis, cum est rorulenta Cyprus. Deinde nebula sola discissa, pulverem madentibus villis adhaerescere, atque in ladanum depeleti. Sunt qui herbam in Cypro ex qua id siat, ledam appellant: (etenim illi ledanum vocant) bujus pingue insidere: itaque attractis funiculis herbam eam convolvi, atque ita offas fieri. Ergo in utraque gente binâ genera, terrenum & factitium: id quod terrenum est, friabile: factitium, lendum. Hæc Plinius verba multis mendis laborant, quæ priusquam ad ladani collectionem veniamus, emendabimus. Forte ait casuque hoc, & injuria aeris odoris, &c. Antiquus codex, & injuria fieri odores plures tradidere. Corrigunt, injuria fieri autores, plures tradidere. Scribo, & injuria fieri odoris, plures tradidere. Sic Solinus, injuria religionis litare hostis humanis Gallos, dicit. Injuria odoris ladanum cum fieri scribit, explicat Herodotum apud quem lib. 3. legitur, τὸ δὲ δὴ λάδανον τὸ Ἀρεβῖον καλιοντ λάδανον, εἰ τοῦτο θωμασθε προγρίπη. εὸν γὰρ δυσδικοτέρη γνώμην, εὐαίσθετον ī. At ledanum, quod Arabes ladanum vocant, etiam cinamomo mirabilius comparatur. Quippe quod in graveolentissimo loco nascens, tamen fragrantissime olet. Hinc Plinius injuria odoris ladanum fieri scripit, quod frutices, in quorum soli generatur, carpantur à foetidissimo quadrupede hircus; & sic fit ladanum, ut Plinius ait, ex succo distillante, & hircorum barbis adhaercente. Ex hoc Plinius loco apud Eupolim, cuius versus libr. 4. cap. de myrica emendavimus, probatur, καὶ δο, vel ut alii malunt, καὶ δο non significare hederam, sed ledum. Vide etiam an non rectius apud Plinium eodem loco, pro, carpere germinum caules, legas, carpere germina caulum prædulci liquore turgentia. Pro, appetentius, antiquus noster codex habet expetentius. Vulgata magis arrideret. Distillantemque ab his casus mixtura succum improbo barbarum villo abstergere: Duo illa verba, casus mixtura, negat Plinius esse Pintianus; quod probat Salmasius. Certè glossatoris videntur, qui scripsit ad oram, notandi gratia, casus mixtura, quod in textum ab aliis receptum est. Nullus omnino casus in succo distillante ab his germinibus quæ hirci carpserunt: sed casu forteque ladanum fieri ibidem scripsit, quod ex pastu hircorum vel caprarum, & succo distillante, ac villis earum adhaerente, concinnatur. Unde aliquis ad marginem notavit, casus mixtura. Legebat aliquando Clariss. Salmasius: distillantem ab his esus mixtura succum; Ut sunt omnicarpæ capra, omnigena edunt germina, ex quibus succum distillantem esus mixtura barbarum villo abstergunt Non è succo unius certiq; fruticis, quem capræ deroserint, ladanum in Arabia conficiebatur, sed ex pluribus odoratis germinibus fractis ac derosis, esulque mixtura, succo inde distillante, & barbis hircorum adhaerente. Prius magis arrideret, uti & Clariss. Salmasio. Corrigunt alii; ab his quasi cæsura succum improbo barbarum villo abstergere. Arrideret aliis, distillantemque ab his morsu cæsis succum improbo barbarum villo abstergere. Improbum barbarum villum dixit, pro grandi & promisso. Sic improbe natus Suetonius de homine enormis proceritatis dixit. Eodem modo Marcellinus, & pödex improbius extans, id est, longius. Antiquus noster codex, uti etiam Parmensis, pro eo quod sequitur, glomerari pulvere, habent, glomerari in pulverem. Qui sunt in Arabiæ contermini Syriæ. Recentiores ex auctoribus, strobon hoc vocant. Strobon eodem hoc capite alia vocatur arbor, quam ad suffitum accendebarant Arabes, vino palmeo perfusam. Strobolon vel stabalon, inquit viri maximis, illud genus ladani vocabant, quo villi caprarum inhorrescabant, ac veluti crispabantur. nam Στρόβαλον est οὖλος. Hesychius, στρόβαλον, οὐλονόμινον, aliis, στροβαλονόμινον. Aeoles στρόβαλον dicebant. In indice scribitur; de stobolo, enhæmo, bratus arbor, stobrum arbor. Ubi stobolon est ladanum. Male igitur editiones, quæ strobon indigerant, cum arboris nomen sit. Hanc cur rejiciam lectionem, nullam invenio rationem. Sequitur; Atque ita succum villis inha-

rescere. Recepta est veteribus sententia, ladanum inventi in caprarum barbis. Herodotus libr. 3. Τῶι γὰρ αἴρεται τερψτον ἐν τοῖς μάρσιοις οἰνούμνοις, εἰσὶ γλοσσοὶ δέοντες ὑλης. γενίσιμον δὲ ἐπολλά τῶν μύρων ἡ τυμῶσι ταῦτα Ἀρεβῖοι. Vertunt; In barbis hircorum inveniuntur innatum, veluti mucor ligni, cum ad conficienda varia unguenta utile, tum precipue ad suffitionem qua Arabes utuntur.

Οἰνογλοσσοὶ δέοντες ὑλης. Perperam vertunt, veluti mucor ligni; Interpretare, veluti glutinosus humor ē sylva, quam capræ hircique depascuntur. Τὸ δὲ λόγον vocat, fruticum omnino genus, quod hirci carpunt, de quibus apud Eupolim. Vide cap. de myrica. Hesychius, Λάδανον τὸ μὲν δέοντες παραγόντες τὸ περιγόνον, ladanum quod in barba caprarum hircorumque reperiuntur. Εἰγινeta libr. 7. Λάδανον δέοντες ξινον τὲ λάδιν Θεοφάνης γένηται γειράθης τὸν αὐτὸν μηρόν. Οὐτοὶ μηροὶ αὐτῷ τὸ λατηρωτόν, καὶ συρποφάνηται τοις τειχισταῖς θεοφάνησιν, καὶ ἡ γένηται αὐτοῦ καὶ τὸ γένεται τὸν τειχιστὸν τὸν χαριστικόντας δηλοῦ ἢ τοῦτο καὶ Ρούφος οὐ φίσις θεοφάνης αὐτῷ τὸν αὐτὸν.

Ἄλλο δέ του καὶ γείνεται Ἐρεμβῶν λήδανον εὔροις Αἰγαῖον ἀμφὶ γένεται. τὸ γέρα παταθύμιον αἰξί, Κίσσου αἰγήνεται ἐπέδιμηρα ἄκρη πότηλα. Τοῦ δὲ δέπο λαχνήντος αἰσαπλήθησαν ἀλοιφῆς Αἴγες ὑπαὶ λασιητοὶ γενέταισι τολευράτε πάντα. Οὐ μὴ δὴ νούσοις τὸ ἡ καλλιον, αἰδη ἀρχε πνοή. Εξοχον, σύνετα πολλὰ μεμιγμένα Φάρμακα ἔχοσιν Αμερόσιοι οἰάτη γαῖα Φίες πεδίοισιν Ἐρεμβῶν.

Εἰ μὲν οὐδὲ τοῦτο μόνον τὸ λάδινον ἐσυγχέτει, τὸ φάρμακον ἐμβάθυτον εἰσενεγένεται τοῖς αἰδίλιον ī. ιγκαρπετή καὶ αἱρέτης εἰδεν τὸ πᾶν εἶναι δέοντος αὐτῷ. Κατέρυθρης πολλαὶ λεπτήδαι, καὶ συρποφάνηται τοις τειχισταῖς θεοφάνησιν, καὶ ἡ γένηται αὐτοῦ καὶ τὸ γένεται τὸν τειχιστὸν τὸν χαριστικόντας δηλοῦ ἢ τοῦτο καὶ Ρούφος θεοφάνης αὐτῷ τὸν αὐτὸν.

Invenias in Eremborum quoque ladanum orbe Caprarum circa mentum, gratissimus illis Succus n̄ ē cisti folio decerpitus amico. Imbuti hoc villi menti laterumque madescunt. Non tamen ad morbos hoc præstat, laudem ab odore Egregie quo spirat habet, quod plurima mixta Pharmaca Erembi habeant divinis viribus aucta, Orta solo & campo longe lateque patenti.

An quidem hoc solum ladanum, is qui pharmacum compo sit, in sicere jubet, non satis manifestum est: fieri potest per unam speciem, totum genus ab eo designari. Vox λάδανος, errandi occasionem præbuit Arabibus, Græcis que recentioribus, ac iis qui ē tragopogi radicis succo confici ladanum scribunt. Erembi Αἰθιοπιαὶ populi; qui & Troglodyte, utroque simili nominis etymo appellantur, siquidem Ερεμβῶν δέοντες τὸν εἴδον εὔρεταις, πάχα τὸν πάλαι Ελλήνων οὐτα καλούντας τὸν Αραβῖον, αμφα ē τὴν ινέμην συνεργάζεται τὸν τοῦτο. Απὸ γὰρ τῆς τῶν ίρων ἐμβάσιν τὸν Τεραγλοδῆτας (scribe Ερεμβῶν) ιτυμολογεύσοις οὐ τοις οὐ πολλοῖς οὐδεπαλαστοῖς (Causabonus mavult, μεταβαλότες) οὐ δεσμοῖς, οὐ τὸ στριφετογράφη, Τεραγλοδῆτας οὐδεπατε, οὐ τοις οὐδεπατε Αρέβαιοι οὐτα θετέροις μεροῖς τοῦ Αραβῖου καλπον κεκλιμένοις, τὸ αὐτὸς Αἰγαῖον καὶ Αἰθιοπια. Hisque conveniunt Armeniis, & Arabes, & Erembi; sic enim fortasse veteres Græci vocabant Arabes. Nam plerique inde ducunt nominis rationem, quod terram subirent, quod est ἥγα μεταβαλεται. & posteriores apertiore vocabulo Τρογλοδύτας, quod est, qui cavernas intrent, appellant. Sunt autem ii Arabes, qui alterum latum sinus Arabicum vergunt, quod est ad Αἴγυπτον & Αἴθιοπαν. Eodem loco idem Strabo, οὐ δὲ τὸ αἴθιοπες Ερεμβῶν ιδεῖς περιθετικοῖς, quidam autem singunt Erembos esse Αἴθιοπαν quandam

quandam familiarem. Idem lib. 16. Αλλα μάλλον τοῦ Ερεμίτη ἡ Σιδηνίς, εἴτε τούς περιγλωσσάς ρινοντίους λέγοι, καθίσταται στὸν οὐρανολογίαν βιβλίον δεῖται τοῦ τοῦ τοῦ Ερεμίτη γενέτειν, ὅπερ εἰναι τὸ τὸν γῆν, εἴτε τοὺς Αράβους, ὃ μὲν τοῦ Σιδηνίου ἐντίμεστος μεταγράφεις οὐσιών, καὶ Σιδηνίους Αράβους τοῦ Πιθανότερον οἷς Ποσειδώνιος γράφει, τῷ τῷ Δρυμίκον αἰδαλοῖς, καὶ Σιδηνίους καὶ Ερεμίτους οἷς τῷ Ποντούς τούς τοῦ Αράβους οὐ τῷ παλαιοτέρῳ. Sed Major tamen quaestio de Eremis est, an Troglodyta intelligi debeant (quod ut originis vocabuli quidam pervincere volunt, inde Eremos dici autumantes, quod terram subeant) an Arabes. Ac nos tamen Zeno sic scripturam mutat, Sidonios Arabesque. Probabilius est quod scripsit Posidonius, Eremos leviter deflexo vocabulo à Poeta sic nominatos, qui nunc Arabes vocantur. Revertor ad Plinium, unde digressus sum; Verum autem ladanum ait Cypris insula esse. Verum vocat, quod Dioscorides optimum dixit. Falfum igitur quod lib. 26. cap. 8. Ledon appellatur herba, ex qua ladanum fit in Cypro, barbis capraru[m] adhærescens, nobilis in Arabia. Postremum ex ipso Plinio fallissimum evincitur. Contrarium probat Dioscorides; τὸ μὲν τοῦ Αράβους ἡ Διεύκονος οὔτε λέγεται. Arabicum vero Libycumque vilius est. An οὔτε λέγεται malè vertit Plinius? an pro nobilis, scribendum vilius? Et oesipum hircorum barbis genibusque villosose inhabens. Οἰοντος est collecta pinguedo in lana succida. Diocorides, Οἰοντος λεγεται τὸν τὸν οἰοντος τὸν λίπον. Oesipus dicitur succidatum lanarum pinguitudo, ut vertit Ruellius, vel, ut Hermolaus, sordidatum lanarum pinguitudo. Pergit Plinius. Sed hederae flore deرسو, &c. Hæc inepta. Dioscorides duos colligendi ladani modos tradit, utrumque è ledo frutice fieri scribit, & esse cisto genus: Plinius vero alterum è ledo herba, alterum ex hederae flore depasto, a capris ladanum colligi docet. Volum vicinitate deceptus est Plinius. Vide quæ cap. de hedera, & cisto dicta sunt. Deinde nebula discussa, usque ad, atque ita depeclit. Hoc habet Plinius ex Dioscoride, qui ad hunc fermè modum ladanum colligi docet. Femoribus, inquit, & barbis adhæret, quoniam viscosa est; adhærescentem excipiunt contrahunctique hunc in medium, primum depeclunt, deinde colant, postea in offas efformant, ac deponunt. Sunt qui herbam in Cypro, ex qua id fiat, Ledam appellant: etenim illi ladanum vocant. Antiquus codex, laden appellant. Scribe, ledon. Simile mendum lib. 26. cap. 8. lada appellatur herba. Restitue ex antiquo codice, ledon appellatur herba. Dioscorides δέοντος ait esse, Plinius herbam: quod falsum; esse autopis docet: frutex enim est. Hujus pingue infidere, atque attractis funiculis: corrigit Doctissimus Pintianus, huic pingue infidere, ex Dioscoride. Sunt, inquit, qui tractis per fruticem funibus, inherentem illis pinguedinem deprehendunt. Alterum, quod magis placet, Salmaiūs corrigit. Etenim illi ladanum vocans hujus pingue: ei infidere, idque attractis, &c. Vel, quod non displicet. Ladanum vocant hujus pingue infidere id, atque attractis, &c. Herbam ipsam a Cypriis ledon appellari scribit, pingue vero hujus herbarum, ledanum. Pingue vocat, τὸ λίπον vel τὸν λίπον τὸν οἰοντος τὸν μεταρριζόντος τὸν λίπον, &c. Itaque attractis funiculis herbam eam convolvi, atque ita offas fieri. Hunc locum viri maximi sit exponunt. Hæc ex Dioscoride transcribebat; & injuriam optimo scriptori facit, tum quia herbam vocat, quam ipse δέοντος vocaverat, & nos scimus fruticem esse; tum etiam quia non intellexit quid scribebat. Nam attractis funiculis dicit eam herbam convolvi, ita obscurè, καὶ ἀτόνως, ut quid velit Dioscorides, manifestum sit: quid ipse velit, ne ipse quidem intellexerit. Quis unquam intellexisset illud, attractis funiculis? Deinde pervertit verba Græci scriptoris, οὐλίζοντος, mutans in οὐλίζοντος. Tolerable erat si dixisset ladanum, & pingue illud convolvi, non autem plantam ipsam. Ergo sibi contradicit statim. Nam non multo ante dixit, pingui ex herba collectum ladanum vocari. Vides nihil potuisse dici inconstantius: nisi fortasse aut similis, aut majoris inconstantiae fuerit, non meminisse à se superius scriptum, ladanum, quod ipse toxicum ait vocari, non illud esse quam hoc, quod attractis funiculis colligebatur. Profecto dicere licet, Plinium & Ladanom & cistham ignorasse. Hanc conjecturam alii improbanti nec verisimile videtur, Plinium οὐλίζοντος legisse apud Dioscoridem, pro οὐλίζοντος. Nec enim in hoc genere ladani verbum οὐλίζοντος habebat, sed in eo quod ex hircorum barbis decerpibatur. Quod enim οὐλίζοντος esset, & sordium plenum, per colum liquebatur. Præterea οὐλίζοντος pro οὐλίζοντος Græcum non est; pingue vero illud quod ex foliis colligebatur tractis ad herbam funiculis, circa ipsos funiculos volutum, & inde expressum cogebatur in offas. Sed mendosa Plinii lectio, & interpunkcio viros istos decepit. Corrigunt ergo alii: Εἰ infidere: idque attractis funiculis

herbam eam, convolvi atque offas fieri. Id pingue, roscidum quod inhæret foliis & stipitibus ledi, attractis ad herbam eam funiculis convolvitur, id est, circa funiculos volvit, & inde exemptū in offas redigitur. Hanc lectionē probat Dioscor. τὸν τὸν οὐλίζοντος, usque ad, οὐλίζοντος. Non male etiam legeretur & eodem sensu, infidere id, atque attractis funiculis herbam eam convolvi. Tralatitia autem locutio; attractis funiculis herbam eam, pro, tractis funiculis ad eam herbam. Sic adhæritus tribunal, genua advolvutus, & similia. Scribi tamen posset, attractis herbam in eam funiculis. Sed nihil necesse. Idem Plinius libr. 26. cap. 8. de confectione ladani in Syria & Africa. Fit jam & in Syria & Africa, quod toxicum vocant (antiquus noster codex, taxon, forte, toxon) nervos enim in arcum circumdatos lani trahunt, adhærente roscida lanugine. Nulla, iidem viri magni inquiunt, roscida lanugo; & corrigunt, adhærente roscido lanugine. Lanæ lanugini adhærescebat pingue roscidum, quod ab solute roscidum hic vocat. Non igitur ipsa herba convolvatur, ut viri magni scribunt, sed pingue ipsum tractis ad herbam funiculis, unde offæ siebant, Dioscoridi, μαριδι. Hactenus Doctissimorum virorum argumenta & sententias iuper hoc Plini loco attulimus. Posterior sententia videtur nobis probabilius. Posset in eundem sensum Plinii codex sic restituiri. Sunt qui herbam in Cypro, ex qua id fiat, ledon appellant. Etenim illi ledanum vocant. Hujus foliis pingue infidere; idque attractis funiculos ei herbae advolvi, atque ita offas fieri. vel, idque attractis funiculis super herbam eam convolvi, atque ita offas fieri. Hoc ladani genus toxicum vocatur à colligendi modo. Τόξον enim Græcis arcum significat. Concludit tandem Plinius, Ergo in utraque gente bina genera, terrenum & factitium: id quod terrenum est friabile, factitium lentum. Aliunde hoc habet quam ex Dioscoride. Bina genera ladani sunt; alterum ex hircorum caprarumque barbis generibusque depectabar, alterum ex ipsa herba tractis funiculis decerpibatur. sed nec satis convenit inter doctos, quale terrenum aut factitium sit. Scribunt nonnulli. Alius error, (Ruellii, qui cum Plinio pro οὐλίζοντος legit οὐλίζοντος.) cum dicit multiplicem Plinio ladani legendi rationem esse. ipse enim duas tantum agnovit, unam sponte, hoc est ex villis caprarum, alteram arte, hoc est, funibus attractis, vel nervo arcus ad illas plantas attracto. Prius vocavit terrenum, quia fere οἰοντος, alterum factitium, quia ingenio hominum, non sponte, colligitur, & ut verius dicitur, quia non φύει, ut illud superrius, sed θεον. Alii contra. Certe, inquiunt, multo verisimilius, factitium propriè appallatum, in quo conficiendo plus operæ sumptum fuerit. Tale erat quod hircorum barbis adhærebatur, quodque ē pastu germinum vorulentorum decerpibatur. unde postea saccabatur. ergo hoc propriè factitium. Alterum vero terrenum, quod ex ipsis fruticibus tracto funiculo colligebatur. hoc simplissimum, & nullius ferè artis indigum. Colligitur tantum ex ipso frutice. ideo terrenum vocat. Præterea terrenum friabile esse dicit, factitium lentum. Si hircorum ladanum, quod terrenum, qui contrariam sententiam defendunt vocari putant, friabile fuit; quomodo verum erit, quod tradit Dioscorides, id colo liquari solitum? τὸν οὐλίζοντος — οὐλίζοντος. Ait, ergo lentum, & λέωδες, quod ex caprarum villis abstergebatur, & proinde factitium Plinio dicitur. Id confirmabitur ex altero loco Pliniano, qui est libro 26. capite 8. Et ladano ficitur alvus utroque: quod in segetibus nascitur contuso ac cibrato. Utroque ladano, factitio scilicet & terreno, alvum ficii scribit, quod in segetibus nascitur contuso & cibrato; id est terreno, quod friabile esse dixit. Nam factitium est, quod lentum erat, καὶ οὐλίζοντος, nec contundi, nec cibrari poterat. Segetes hic arva sunt; seges enim aliquando pro ipsa ponitur terra. Poëta, Nec Cereri opportuna seges, nec commoda Baccho. Cicero in Hortensio, Ut enim segetes agricole subigunt aratri, multo antequam serant. Ira hoc loco Plinii, in segetibus, significat; in arvis. Ladanum quod in segetibus provenit, terrenum vocavit, & in arvo ex frutice ipso colligitur, diversum utique à factitio, quod domi, scilicet, ex hircorum villis carpitur. Ladanum sanè illud nascitur in arvis & colligitur, foliis fruticum insidens, & floribus ledæ herbarum. Illud postremum verum non est; candicibus & foliis insidet, non floribus. Aliis placet hunc Plinii locum corruptum esse. Restituiamus, inquiunt, Plinium nitoris suo, qui sine dubio ita scripsit, & ladano ficitur alvus, utroque quod in segetibus nascitur contuso ac cibrato. Plinius non taxit peculiariter de ladano, sed de iis quæ alvum adstringunt. Vitrum est οὐλίζοντος, ex cuius pastillis, non parum compendii percipiunt Tectosages Lauracienses. Vitruvius, Mela, Cæsar, Marcellus